

# Forgotten Books

— [www.forgottenbooks.com](http://www.forgottenbooks.com) —

Copyright © 2016 FB &c Ltd.

All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

# MONUMENTA BOICA.

---

VOLUMEN DECIMUM TERTIUM.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENT. MAXIMILIANEO-BOICA.



---

MONACHII MDCCLXXVII.


Typis Joannis Pauli Vötter, Electoral. Aulæ, ac Academiæ  
scientiarum, nec non Statuum Prov. Bav. Typographi.

STANFORD UNIVERSITY

LIBRARIES

STACKS

MAY - 1 1951



# PRAEFATIO.

**E**cce Tibi, Lector candide! operis nostri,  
quod per annos XIV. jam molimur, vo-  
lumen decimum tertium, vsibus tuis, patriæ,  
omnibus destinatum.

## **PRAEFATIO.**

**Occurrunt primo Monumenta Pristin-  
gensia, a seculo inde XII. collecta, magnam  
partem anecdotata, & ad autographorum fi-  
dem recognita.**

**Succedunt Weltenburgensia, veluti ser-  
vate multiplici e naufragio tabulae, nulli jam  
post publicam, qua fruuntur, lucem calui ob-  
noxia.**

**Hasce litterarias opes, aequis rerum  
arbitris summi aestimandas, prompta nobiscum  
benevolentia communicarunt R.R. Praefules,  
D. PETRUS, & D. MAURUS, quorum in  
nos studia uti grata mente palam profite-  
mur, ita parem ab illis, qui nobis adeundi super-  
sunt, promptitudinem, expectamus, & non pu-  
blici modo, sed privati Ipsorum boni gra-  
tia enixe flagitamus.**

**Vte-**


## **PRAEFATIO.**

**Vtere, fruerere hisce, Lector, & dum *quinquagenalia* MAXIMO PRINCIPI vota persolvimus, alia decem lustra EIDEM cum omni patria ab optimo Deo precare.**

**Dabamus Monachii ipsa die SERENISSIMO FUNDATORI sacra IV. Id. Octobris Anno Domini MDCCLXXVII.**

## EXHIBET ISTUD VOLUMEN.

1. Monumenta Priflingenia - - pag. 1.
2. - - Weltenburgenia - pag. 297.
3. Excerpta Necrologii Weltenburgen-  
fis - - - pag. 473.
4. Bernardi Norici opusculum V. anec-  
dotum *de Genealogia fundatoris Cœ-*  
*nobii cremifanensis* = = pag. 493.



## PRAEFATIO.

**P**riessing, alias *Bruvening*, *Brunvening*, *Privilegium*, a copiosa fontium scaturigine dictum, insigne est Sodalium divi Benedicti Monasterium, hodie florentissimum, extra civitatis Ratisponensis Pomæria ad occidentum solem haud procul a Danubio, cui Nabus miscetur, in amæno colle situm, & Tetrarchiae Straubinganae adscriptum.

Fundatorem \* veneratur S. Ottonem Babenbergensem Episcopum, qui Anno MCVIII. illud a Fundamentiis excitavit, largo censu instruxit, Ecclesiae babenbergensi clientelari jure innexum, auita ex Hirsaugiensi canobio, ubi disciplina monastica eo tempore mire vigebat, cum primo Abbate **ERMENOLDO** colonia.



Falli inde constat HUNDIUM, virum alias celeberrimum, qui ejectis hinc sæcularibus Canonicis, Præmonstratenses Anno MCXXII. substitutos fuisse scribit, quorum neutri sedem heic vnquam fixerunt, Benedictinis a prima origine traditam.

Res Præfulum præclare gestas, loci jura, aliaque decora, justo volumine percensuit asceta induf'rius R. P. *Melchior WEIXER* in *Fontilegio Jacro* Ingolstadii Anno elapsi sæculi XXVI. nitidis typis Hænlinianis expresso; de divis autem Priflingensibus ERMENOLDO, & EBERHARDO Salisburgensi Metropolitæ, erudite disseruit Cl. P. *Veremundus GUFL* p. M. Vir pluribus Nominibus de Re litteraria quam optime meritis, nec vnquam obliterandi Nominis.

Nostra quod propius adtinet, Codicem traditionum egregium inde a sec. XII. exaratum, anecdotum, Membranasque & diplomata alia liberaliter subpeditavit Reverendissimus & amplissimus DD. PETRUS, æternæ apud suos memoriæ Præful, qui non modo amplissimum Monasterium spectabili incremento gubernat, sed & almæ Congregationi Benedictino-bavaricæ in annum decimum  
sum-

## PRÆFATIO.

Summa cum celebritate invigilat gravissimus Præses, & serenissimi Electoris nostri summus facellanus perpetuus, novo diplomate confirmatus, cui musæ nostræ, & Boni omnes diuturnam prosperitatem vovent.


\* Occasionem fundandi cenobii subdimus verbis *Sefridi Presbyteri*, Auctoris Synchroni in vita S. OTTONIS apud *CANISIUM Barnagii Vol. III. Parte II. pag. 47.* cui etiam consonat Author vitæ S. Erminoldi, a *GU-FELIO* editus Ratisbonæ anno MDCCLV. *cap. 3. pag. 11.*

„ Priffing vero quomodo divinæ revelationis & Angélicæ visionis occasione, a fundo cœperit, ad notitiam posterorum scripto transmittere non inutile credimus.

„ Heinricus proinde quintus, Heinrici quarti Imperatoris filius. ætivo quodam tempore curiam Episcoporum ac Principum totius Theutonici Regni frequentia celebrem Ratisponæ celebrabat, cui venerandum Ottonem utpote magnum consilio, & omnium primatum aspectibus gratiosum, quippe qui gratia & affabilitate, & vitæ etiam merito omnium sibi conciliabat favorem, regis non patiebatur deesse vocatio. Sed pius Otto, qui cum Psalmista dicere noverat : quis da-

„ bit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requies-  
 „ cam? si quando locus dabatur & opportunitas, ne tu-  
 „ multu ac strepitu Curialium, meditationis ejus impe-  
 „ diretur propositum, a curia se absentabat; ut solus so-  
 „ li Deo, quo liberius, eo licentius vacaret. Erat ita-  
 „ que in occidentali civitatis parte, in vicinia villæ, Priff-  
 „ ling dictæ, a qua & monasterium pro condignitate no-  
 „ men contraxit; ager pascuus, arborum umbra & gra-  
 „ minis viriditate admodum delectabilis, in quo vene-  
 „ randus Præsul, pro loci amœnitate, cum tentorium  
 „ subrigi sibi fecisset, meridiano tempore fessa quieti men-  
 „ bra dederat. Cum ecce in morem scalæ illius, in qua  
 „ Jacob Patriarcha angelos vidit descendentes & ascen-  
 „ dentes, a capite dormientis ad cœlum usque porrigi  
 „ beato Pontifici visa est; & angeli in ea alternis vici-  
 „ bus descendentes & ascendentes. Ille ergo excitatus  
 „ Capellanos reliquosque commilitones suscitatos advo-  
 „ cat, & seriem visionis avide auscultantibus exponit.  
 „ Omnes itaque visionem a Deo esse considerantes, non  
 „ somnum vanum; divinæ revelationis glorificant digna-  
 „ tionem: & Episcopum, ut inibi obsequium Deo pro-  
 „ videat, per visionem hujusmodi admonitum dicunt. O

„ felicem Præfulem, omni lande & honore dignissimum,  
 „ cujus quia in cœlis esset conversatio, divina revelatio,  
 „ & cœlestium civium visio declaravit. Ipse proinde,  
 „ agri possessore requisito, agrum comparavit, & altare  
 „ in eo, ubi sponda steterat, & desuper ecclesiam ex-  
 „ struxit, donec agrum conterminabilibus comparavit,  
 „ spaciosum locum monasterio & cellæ constituendæ con-  
 „ quisivit. Talis itaque ei fuit occasio cœnobii Bryvin-  
 „ genis a fundo extruendi.“ *Vita S. Ottonis Ep. Bamb.*  
*Auctore SEFRIDO cap. III. n. 22. 23. in Act. Sanct. Ant-*  
*uerp. Julii Tom. I. ad diem II. ejusd. mensis.*



## SERIES RR. DD. ABBATUM PRIFLINGENSIIUM.

1. S. Ermenoldus ex Hirsaugiensi Monasterio ordinatus  
 Abbas an. 1117. † 1121. die 6. Jan. a)
2. B. Erbo I. † 1162. b)

) ( 3

3. B. Go-

---

a) Vid. Acta SS. Antwerp. ad diem 6. Jan. & Veremundi  
 Guss Vitas Sanctor. Priflingensium.


b) Ibidem in Vita S. Eberhardi Archiep. Salisburg.

3. B. Godefridus † 1163.
4. Eberhardus † 1168.
5. Erbo II. resign. 1187.
6. Balduinus † 1193.
7. Rudgerus † 1206.
8. Hartmannus resign. 1232.
9. Henricus resign. 1235.
10. Rudgerus II. resign. 1241.
11. Ernestus.
12. Wernherus ab an. 1246. † 1264.
13. Fridericus resign. 1271. † 1280.
14. Wernherus II. ab an. 1271. postulatus ad S. Emmen-  
ramum 1279.
15. Bruno resign. 1281.
16. Vlricus, Ircellus, seu Pochil resign. 1306.
17. Chunradus de Zante resign. 1316. † 1333. æt. 107.
18. Albertus Steinkircher † 1336.
19. Vlricus II. Altstorfer † 1349.
20. Wernherus III. de Patula † 1356.
21. Albertus II. Steinkircher † 1365.
22. Vlricus III. Vichhauser resign. 1382. † 1390
23. Rudgerus III. Abbas Weltenburgensis, Administra-  
tor † 1401.
24. Joan

24. Joannes I. † 1414.
25. Vlricus IV. *incertus*.
26. Albertus III. Glück resign. † 1432.
27. Henricus II. Lymbeck 1436.
28. Fridericus II. Baptt resign. 1442. † circ. 1458.
- Erasmus Hagen, & Georgius Garhamer, *Administratores*.
29. Erasmus Hagen, intrusus, resign. 1445.
30. Georgius Garhamer electus 1443.
31. Petrus, *intrusus* An. 1445. resignat. eodem Anno.
32. Georgius Garhamer, restitutus † 1468.
33. Joannes III. Kopp † 1482.
34. Joannes IV. Grasser resign. † 1520.
35. Georgius II. Eggl ab an. 1490. † 1526.
36. Michael Platner † 1529.
37. Vlricus Schöndel † 1559.
38. Georgius III. Fabri † 1565.
39. Hieronymus Merckel Administrator, Abbas 1570.  
† 1575.
- Abrahamus Kanedl, Administrator † 1578.
40. David Ellenbacher, Administrator, Abbas an. 1580.  
† 1582.
41. Georgius IV. Kaiser † 1606.

## PRÆFATIO.

42. Joannes V. Staller † 1619.
43. Lucas Budin, alias Wurffel † 1631.
44. Andreas Pichler † 1634.
45. Stephanus Rieger depositus 1645.
  - Placidus Bacheneder, intrusus 1645.
  - Stephanus Rieger per sententiam apostolicam restitutus, sed nocte sententiæ executionem præcedente † 1653.
46. Placidus Pacheneder electus 1653. † eodem.
47. Romanus Schneid † 1677.
48. Dionysius Jerg † 1684.
49. Bernardus Degl † 1693.
50. Otto Kraft † 1729.
51. Romanus II. Kiefer † 1756.
52. PETRUS GERL ab anno 1756.



**MONUMENTA  
PRIFLINGENSIA.**





Beantragen Sie jetzt die volle Mitgliedschaft, um diese Seite zu betreten

# GESCHICHTE

Zehntausende von wichtigen historischen Quellen, viele bisher nicht erhältlich, stehen jetzt zum ersten Mal mit der Vollmitgliedschaft von Forgotten Books zur Verfügung.

Unbegrenzter Zugang  
\$8.99/monat

**Fortfahren**

\*Es gelten Richtlinien zur fairen Nutzung.



gularibus instituta que a quibus ipsi Ecclesie sint collata breviter annotare. & sic post futurorum memorie mandare curavimus.

- ) Inter hæc Ecclesie Sancti Georgii alia Bona refertur quam maxime Bibliotheca, quam idcirco Veteres Monachi conscriptis successive libris huic volumini inferere curaverunt, a nobis in ejus calce exhibendam.

## P A R S I.

### Num. II.

**I**gitur notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus qualiter Dominus *OTTO VIII. Babenbergensis Episcopus* inspiratione divina edoctus (\*) in Ducatu Bavvarico in pago danubiano. in suburbio Ratisponensi (\*\*) locum cui *Privilegii* nomen est inditum in salvationem animarum previderit eligendum. Sex etenim mansos iuxta *Amberch* per se acquisitos cum XIII Mancipiis Ecclesie Dei Genitricis Virginis cujus *Vetus Capella* vocabulum est per manum liberi hominis *Meribotonis de Ebermundesdorf* delegavit & cum his predium quoddam quod quidam homo *Raggo* nomine ad eandem Ecclesiam pertinens olim possederat cum in jus illius Ecclesie juste & legitime pervenisset. ab ipsa Ecclesia commutavit. illudque de manu *ADALBERTI DE WINDIBERGE* ipsius Ecclesie *Advocati* sicut jus exigebat accepit.

Testes hujus rei more Bavvarico per aurem tracti sunt hii. *Harthnith* scilicet *de Thiuren*. *Gebehart* & frater ejus *Gumpreth*. *Wicnant* *de Wolvespach*. *Eggerich* *de Minnaha*. *Richere*.

Sed cum in eadem possessione magnam contradictionem a *Friderico de Purgetore* filio *Heinrici* filii predicti *Raggonis* haberet. datis ei octoginta argenti libris omnem contentionem eius dissolvit.

- ) Acta SS. To. I. Januarii. vita S. Erminoldi N. XII. & XIII. item To. I. Julii Vita S. Ottonis ex Sefrido N. XXII. & XXIII. *Guß* in Divis Priflingensibus vita S. Erminoldi cap. 3. Lit. b. c. Diploma *Conradi Imp.* A. 1140. suo loco ex Originali dandum &c.
- ) *Suburbium* hoc loco improprie & late accipitur, ut patet.

Num. III.

**A**nno igitur Domini MCVIII. Presidente universalis Ecclesie Papa *PASCHALI*. Regnante *HEINRICO* hujus nominis quinto. construxit ibidem in honore Dei Omnipotentis & Sancti Georii Martyris Monasterium Monachorum secundum Regulam Beati *Benedicti* degentium in perpetuum favente Misericordia Dei inibi futurorum.

Num. IV.

**H**is rite dispositis venerandus Episcopus dona nuntiosque honestos *Hirsaugiam* misit. atque a venerando ejus Monasterii Abbate *Brunone* Sanctum & Venerabilem Virum *ERMINOLDUM* cujus jam dudum in terra sua (°) famam audierat, petiit & impetravit. eumque novo Monasterio quod in Bavaria ingenti studio ac labore construxerat Abbatem prefecit. Nam Anno Domini MCXIII. mense Augusto electus. & cum non nullis fratribus admodum religiosis ad nos missus. Anno Domini MCXVII mense Majo. XIII. Kalend. Junii a Venerabili *UDALRICO* Pataviensi Episcopo consensu & rogatu

#### 4 MONUMENTA PRIFLINGENSIA.

**HARTWICI** Ratisponensis Episcopi in Abbatem sollemniter ordinatus. idem Monasterium annis VII. nobiliter rexit, & Monastici Ordinis disciplinam quam a Venerabili **WILLIHELMO** Hirsaugiensi Abbate didicerat nobis tradidit observandam. Qui multis virtutibus clarus Anno Domini MCXXI. VIII. Idus Januarii ipso videlicet Theophanie Domini die decedens. atque a venerando Ratisponensi Episcopo **HARTWICO** in Ecclesia ante altare S. Crucis loco videlicet suis meritis congruente sepultus. Reverentissimum Virum **ERBONEM** Priorem Celle S. Georii que est in nigra silva habuit successorem. quem predictus **HARTWICUS** Episcopus XII. Kalend. Augusti consecravit Abbatem.

- \*) Posset inde quis merito suspicari, S. **OTTONEM**, non e comitibus de *Audechs*, ut plurimis hactenus visum fuit, sed ex *Suevia*, quam terram suam ad pellat, & ubi *Hirsaugia* sita est, originem traxisse. Vid. *Origines Domus boica* Tom. II. pag. 229.

#### Num. V.

Sed ut ad priora nunc redeam. itidem. Mansum. I. quem *Azilinus Scarsiese* a quadam Matrona *Frenchinna* XL Marcis comparaverat **OTTO** Episcopus ab ipso *Azilino* LX marcis comparavit. qui cum delegatus esset in manu *Salmanni* qui dicebatur *Tubar* petente *Azilino* delegavit eum in manum *Gumberti de Scambach* delegandum quocumque **OTTO** Babenbergensis Episcopus postulasset. Filius itaque *Gumberti Megingor* nomine cum idem mansus in manus ejus legatario jure devenisset. jubente predicto **OTTONE** Babenbergensi Episcopo tradidit eum recens constructo Monasterio. Cujus rei testes sunt hii. *Meriboto & Gebehart de Ebermundesdorf. Starkere de*  
*Mu-*

*Mackendorf. Alben de Brunnen. Jfnrich de Sinzingin. Fri-  
derich de Loutenbach & alii multi.*

Num. VI.

**V**oleus quoque Episcopus adhuc ejusdem loci terminum di-  
latare accepta oportunitate optinuit apud *Reginhardum  
Abbatem Sancti Emmerammi*. vt possessionem exiguam ad VIII.  
jugera estimatam. eam videlicet planitiem que ab occidentali  
plaga novi illius monasterii sita. nunc stabula boum & hospici-  
um pauperum ac Beati Andree Apostoli gestat Ecclesiam cum  
exitibus & redditibus in jus Ecclesie Sancti Georii transfunderet.  
recepta plena & legitima compensatione de fundis Ecclesie vi-  
delicet possessione alia paulo longius a novo illo Monasterio sita  
ad viginti ferme jugera mensurata. quatinus neutra Ecclesiarum  
rerum suarum dampna sentiret. cum illa meliorem & latiore.  
ista vtiliorem sibi & viciniorem. utraque vero cariore sibi; terram  
possidendam acciperet. qua videlicet pactione firmata. possessio-  
nem illam que de rebus Sancti Georii in recompensationem data  
fuerat *HEINRICUS DE SCOWENBURCH* tunc Ecclesie S. Em-  
merammi Advocatus in suam tutelam de manu *ADALBERTI  
COMITIS DE WINDEBERGE* Advocati scilicet Monasterii  
Sancti Georii sicut jus exigebat accepit. eam vero que ab illa  
Ecclesia commutata est Ecclesie Sancti Georii conservandam in  
manum illius manu propria delegavit.

Testes hujus rei more Bavvarico per aurem tracti sunt  
hii. *OTTO Prefectus. Heinrich de Biburch. Alben de Brunnen.  
Tuto de Kutingen. & Suiker & Engilmarus. filii ejus. Jfnrich  
de Sinzingen. Dieterich de Bongarten. Adalbero de Tumbrun-  
nen. Meriboto de Ebermundestorf & Gebehardus filius ejus. Wern-  
her*

## 6 MONUMENTA PRIPLINGENSIA.

*her de Hasenakre. Adelwart de Aiterhoven. Pertoldus de Hartingen. Chouno de Bouche. Oudalrich. Gotefridus. Item Gotefridus de Musse. Marcwardus & Geroldus de Tanne. Wernher de Blemberch. Adelgoz de Salra. Maginso de Sirichingen. Megenpoz & Gotepolt de Rorback. Tagino de Rotegen. Immo & Gotepolt fratres de Maginspach. Poppo de Gembach. Herman de Scalchenbach. Eberhart de Steine. Wolframms de Zoudenruite. Heinrich de Chourbenruite. Erro Pinzerna Starker de Muzindorf. Roudolfus de Osterhoven. & Gotpolt frater ejus. Othnant de Steinbuhle. Megingoz & Willihalm de Miniginhusen. Rouding de Scambac. Adalhalm & filius ejus Wicman de Ezimberg. Gumpret & tres filii ejus Megingoz Otnant & Gotpolt. Oudalrich de Cubilisdorf. Otto de Oterisdorf. Wernher de Laccenruite. Henricus de Ruite.*

Actum est hoc concambium Ratispone Domino *ERMINOLDO* tunc primo Privilegiensis Cenobii Patre. *Reginhardo* vero Monasterii Sancti Emmerami Abbate. mediantibus utriusque Ecclesie Advocatis *HEINRICO* videlicet de *Schowenburc* & Comite *ADALBERTO* de *Windiberge*. *HEINRICO* hujus nominis V<sup>co</sup>. regnante.

### Num. VII.

Sed & Dominus *Erbo* II. Abbas Privilegiensis Cenobii volens & ipse dilatare terminum ejusdem loci. accepta oportunitate optinuit apud *Engilfridum* Abbatem Monasterii Sancti Emmerammi ut agrum qui adjacet Ecclesie Sancti Georii superioris in plaga australi in extrema videlicet parte pomerii tam extra quam infra ambitum muri item in jus Ecclesie sancti Georii transfunderet. ita dumtaxat ut ipse de fundis ipsius Ecclesie

agrum

agrum alium latiore & meliorem situm in terminis villule *Thekpeten* dicte & insuper duo talenta argenti in recompensationem acciperet. Cum ergo visum fuisset utrisque hanc commutationem juste & legitime sine dampno utriusque Ecclesie fieri posse. tres de familia Ecclesie Sancti Emmerammi homines legitimi. atque ad id negotium satis idonei secundum legum scita super hac diffinitione requisiti. affirmant sub testificatione legitima iurjurandi. modis omnibus sufficere recompensationem huiusmodi. statimque *Oudalricus de WOLFE-STEIN* Advocatus Ecclesie Sancti Emmerammi agrum illum qui de rebus Sancti Georii in recompensationem datus fuerat. in suam tutelam sicut jus exigebat accepit illum autem qui ab ipsa Ecclesia fuerat commutatus *Adalbero de Toumbrunnen* de manibus *Oudalrici* acceptum Ecclesie sancti Georii manu propria delegavit.

Hujus rei testes sunt hii. *OTTO PALATINUS. Adalbero de Toumbrunnen. Wernhart de Winkelsazen. Riwin de Manegoltingin. Isnrich de Sinzingin. Ortwin prepositus. Luttwin Listmar. Heinrich Vnteremgewelbe. Poppo de Hartingin. Oudalrich de Pentelingin. Goteschalch. Oudalrich de Kelahaim. Mazilin & filius ejus Marcwart. Oudaschalch. Gnanneliub de Pruuningin.*

Anno ab Incarnatione Domini MCXXXV. Tercio regnante *LOTHARIO* actum Ratispone V. Kalend. Martii feliciter amen.

Num. VIII.

**H**ec autem sunt (\*) loca que *OTTO* Babenbergensis Episcopus per manus advocatorum eidem Monasterio delegavit & servis Christi ibidem degentibus in victum vestiturque con-



concessit. *Hemmenfigili. Wittenruith* (\*\*) *Sigifridisruith. Vnderloch. Erlibach. Brunefruith. Carlmannesse'den. Srisloch. Pernruith Reginharthdefruith. Diezenruith Roucinesruith. Chounenruith Phasseuruith. Durrensaze. Rechart. Turne. Dietpirgeruit cum suis appendiciis. Imminruith. Gumprechtisruith. Mengingozisruith. Hiltebrandisruit. Taginisruith. Gorwinisruith. Eberhartisruith. Oudalrichisruith. Gotepoldefruith. Niuwenchirche. Wirndefruith. Pernruith. Friderichisruith. Vronowe. Crentental. Tiufenruit. Izenruith. Eberhardisruith. Haveranesdorf. Gotepoldefruith de magnspach. Riwinefruit de Rode. Rahwinesruith. Stokke. Grasolvingin. Oberndorf. Ahebach. Lenginvelt. Ecclesiam in *Scambach* & mansum unum. in *Chokertal* quatuor mansos. Apud *Scachen* tres mansos & dimidium. *Hembur*. Apud *Clingin* duos mansos & dimidium. In *Windewinkele* quatuor mansos. *Boulid*. Apud *Stadala* duos mansos & dimidium. Apud *Sconeberg* tres mansos & dimidium. Apud *Arnust* tres mansos juxta fontem duodecim mansos (\*\*\*) in *Niuwenchirche* mansum unum & curtem. In *Grula* mansum. In *Wolmutesdorf* quatuor mansos. in *Waginsaze* duos mansos. In *Waltenhoven* mansum unum. In *Otershoven* & in *Dytsfurte* mansum unum. In *Armenselde* mansum unum. In *Moseheim* mansos duos. Apud *Swecenterg* mansum unum. in *Sneitbukel* & in *Stokke* quatuor mansos & dimidium. Ecclesiam in *Koserolefruth* cum tribus mansis. Item ibidem mansum unum. Predium quoque in *Lobefngen* quod a quadam Matriona nomine *Hadmoudu* data per concambium in *Wizenkaha* decimatione accepit. & aliud predium in *augia Rathardi*, quod item a fratribus Sancti Michahelis per concambium sumpsit. datis eis duobus regalibus mansis in *BANCENGOWE* juxta *Sunderhoven. Gembach* quoque. *Munnenbach Sitenloch. Malisdorf*, que Otto*

Beantragen Sie jetzt die volle Mitgliedschaft, um diese Seite zu betreten

# Smart Werden

Mehr als 2.000 Jahre  
Menschheitswissen  
in 797,885 Bänden

Sofortiger Zugang  
\$8.99/monat

**Fortfahren**

\*Es gelten Richtlinien zur fairen Nutzung.

alter subscribo. Ego *Oudalricus* tertius subscribo. Ego *Gumpo* subscribo. Ego *Wicelinus* subscribo. Ego *Counradus* subscribo. Ego *Adalbertus* subscribo. Ego *Gebehardus* subscribo. Ego *Gebehardus* subscribo. Ego *Perngerus* subscribo. Ego *Merboto* subscribo. Ego *Rahwinus* subscribo. Ego *Adalbertus* subscribo. Ego *Merboto* subscribo. Ego *Gotesfridus* subscribo. Ego *Reginboto* subscribo. Ego *Pernoldus* subscribo.

Sex vero mansi pro commutatione prefata oblatis. a quodam Meribotone sunt empti. & in villa Nannslinesdorf prope Amberch siti.

### Num. X.

**H**oc Privilegium continetur apud Veterem Capellam in Ome-  
lia inferius in ymagine illius Evangelii. Simile est regnum  
celorum homine Regi qui fecit nuptias filio & exprimit con-  
cambium sex mansuum pro beneficio *Raconis* quod pertinebat  
ad Veterem Capellam receptorum.

Notum sit omnibus fidelibus futuris & presentibus quod  
quidam nobilis vir nomine *Merboto* rogatu Episcopi Babenber-  
gensis *OTTONIS* sex mansos ad Villam que dicitur *Nenselinedorf*  
sitos. ad aram Sancte Marie Veteris Capelle in manu Ad-  
vocati *COMITIS ADALBERTI* delegavit. eo tenore ut fratres  
Domino ibidem famulantes eidem bonis jure prebendario per-  
petuo utantur. Hujus rei testes sunt. per aures tracti. *OTTO*  
*Presens. Fridericus de Petendorf. Poppo de Gebenbach. Riche-*  
*ro. Rupertus de Asch.* & frater ejus *Gerunck. Dietricus de*  
*Waltenhofen* & frater ejus *Wernhart. de Zacenhoven. Hein-*  
*ricus Erdel. Rupertus de Palsenze. Tuto de Chunitinge. Eppo*  
*de Nuhaim.*

Nam.

Num. XI.

**O**TTO Babenbergensis Episcopus comparavit XIII. Marcis dimidiam vineam apud *Oberndorf* cum omni jure, quo ibi sita est, quæ fuit cujusdam *Gisele* & filiorum ejus. hæc ipsa vinea delegata est in manu *nigri Luituwini* qui tradidit eam cuidem compari suo *Mathoni* filio sororis sue illuc delegandam quo petierit Abbas Pruvinensis. hujus rei testes sunt hii *Megen-  
gor de Minegenhusen. Pater predicti Mathonis. Adalbertus  
cognomento Chaspizze. & filii ejus Ortliep & Friderich. Outo &  
frater ejus Gotefridus. Luituwin Listmar. & filius ejus Luituwi-  
nus. Sigehart de Attingen. Engelbrecht de Cidelarin. Eccehart  
& frater ejus Azilo. filii predictæ Gisele. Waltherus pictor. Luib-  
man de Nitenowe. Oudalricus Sellarius. Henricus filius Latini.*

Num. XII.

**N**otum esse cupimus omnibus presentibus & futuris, quod quidam dives nomine *Pero* ministerialis Babenbergensis accepta uxore libera nomine *Irmigart* genuit ex ea filiam nomine *Enzewip*, que genuit filiam vocabulo *Giflam* quam cum filia sua *Richza* & ceteris posteris suis idem *OTTO* Episcopus fundator nostri Monasterii tradidit super altare Sancti Georgii jure ministerialium servire ecclesie nostre.

Num. XIII.

**O**TTO Babenbergensis Episcopus tradidit Monasterio S. Geor-  
rii Tria mancipia ea videlicet conditione ut annis lingu-  
lis censum X. denariorum ad altare Sancti Georii pertolvant.  
Quorum ista sunt nomina *Roudollus. Wolframms. Frances.  
& soror eorum Engizwib.*

Idem Episcopus delegavit eidem Monasterio S. G. X. & VIII. mancipia. ea videlicet conditione. ut singulis annis censum. V. denariorum ad altare Sancti Georgii persolvant. Quorum nomina hec sunt. Hazecha Mater. Herwich. Wernher. Izo. Irmigart. Richiza. Adalhait.

Merigart Mater. Chounrat. Bertha.

Dithlit, Willibirch. Volchmar.

Chonigunt. Hacecha. Herluch.

Bertha.

Lúipman.

#### Num. XIV.

**O**TTO Babenbergensis Episcopus pratum quoddam juxta *Hembur* situm ab *Wernhero de Hage* commutavit. dans ei in jus legitime commutationis de bonis Sancti Georgii mansum unum in *Vrisnbrand* situm. Pratum vero illud tradidit Monasterio Sancti Georgii. perpetuo possidendum. Testes sunt hi. *Gotpult de Choserochesruit*. & filius ejus *Dietricus*. *Megingoz* Frater *Gotpoldi*, *Othnant de Lofental*. Junior: *Otnant de Cochertal*. *Heinrich* & *Haidfolc de Riwinisruith*. Postea vero idem *Wernherus* mansum illum in *Vrisnbrand* situm Episcopo reddidit. & mansum alium in *Lakinruith* ad silvam Episcopi pertinentem. ab eo in beneficium accepit.

#### Num. XV.

De Commutatione Decimarum. de vineis Oberdorf, & aliis.

**CHUNO** Dei gratia Ratisponensis Episcopus. Agnoscant omnes. tam futuri. quam presentes. *Perngerum* Abbatem Sancti Emmerami. cum fratribus suis. abdicasse querimoniam decimarum. de vineis *Oberdorf*. consensu Decani. *Wernheri. de Agilsteten. Prukkedorf*. etiam Decimas. Silvam juxta *Grasolvign. Haide* prope danubium, ubi sunt communia pascua. & post concambium. tempore *Heinrici* Episcopi factum. agrorum jugera. quecumque conquista sunt. unde decimas sibi non datas conquesti sunt. abdicaverunt. unde fratres Bruviningenses. recompensationis estimatione. predia dederunt ipsis. ad. III<sup>or</sup>. talenta & dimidium. *Machindorf* II<sup>o</sup>. Talenta. *Richolfsteten*. XII. Solidos. *Ahevekkingin*. C. Nummos. *Vnkispach*. dimidium Talentum. quod contigit predicto plebano. de *Agilsteten*. Itaque terminata sunt hec legitime. Personis utriusque loci Capitaneis. Episcopis. **OTTONE** Babenbergense. **CHUNONE** Ratisponense. Abbatibus. *Perngero* Sancti Emmerami. *Erbone* Bruviningense. **ADALBERTO** COMITE. DE **POGEN**. *Advocato*. S. Georii Bruvininge. *Heinrico de Altindorf*. *Advocato*. S. Emmerami. Testes sunt. **PERTOLDUS** **MARCHIO**. DE **ANDEHSSE**. **HEINRICUS**. **BURGGRAVIUS**. *Erbo. de Mangoltingin. Oudalricus Vicedominus. Altmannus de Eglofeshaim. Hartwicus de Lihtenberch. & filius ejus. Hartwicus. Otto de Valcheinstein. Gozwinus Urbanus. Vlricus Chargil. & frater ejus. Rubertus. Albertus de Suzinbach. Ruthlant de Grezperhc. Hartwicus Dapifer Episcopi. Otto. de Lengenau. & filius ejus Gotfridus. Oudalricus & Hertwicus in porta. Gebolfus de Souzzenbach. Gebolfus. & filius ejus Chunradus. de Moshaim. Radolt de Gislingin. Reimar de Amberch.*

## Num. XVI.

**E**ILBERTUS Episcopus Babenbergensis tradidit manu sua super altare Sancti Georgii VII. mancipia. eo videlicet pacto. ut singulis annis censum V. denariorum persolvant. Quorum nomina hec sunt. Marchwart. Hiltegart. Gisela. Perbta. Hilita. Gotschalch. Azela. cum liberis suis Pilgrimo.

Idem Episcopus *EILBERTUS* tradidit monasterio S. Georgii *predium* \*) in *Ezstal* scilicet partem nemoris in Tangri- nel (\*\*\*) ad V. mansos. ea videlicet conditione. ut ad usum lignorum fratribus in perpetuum serviret. nec unquam ad cultum agrorum extirparetur a quoquam. Testes hujus rei sunt *Luipoldus Canonicus. Herman de Sleten. Sefridus Capellanus. Adalbero de Hounrichestorf & filius ejus Hartwicus. Henricus de Vtelohestorf. & frater ejus Mcgingoz. Herman de Aisle. & filius ejus Herman. Henricus de Gunzendorf & frater ejus Gotfrit. Gotpolt de Osterhove. Hartlib de Winzere. Eberhart de Staine & filius ejus Eberhart.*

*Eberhart de Staine. Wernher de Hage. & Comitis nun-  
tii. Haitfolch & Otnant* Episcopi Forstarii consignatores erant nemoris.

\*) Passim *PRÆDIUM* idem sonat ac *Fundus*, Solum seu cultum sive incultum, nemore, agro, prato, seu edificio &c. indutum; Germanis *Grund und Boden*.

\*\*) Manus Seculi XIII. medii Nomen Nemoris in margine exprimit *Leu-  
berhardt*.

Num. XVII.

Predium in Intal.

**R**oudolfus de Osterhoven predium, habuit. in loco quid icitur *Hus in demintal.* quod ipse tradidit ad Hospitale in Bruviningin. ad solatium pauperum. Quod videlicet predium. Dominus *EBERHARDUS* Episcopus cum consilio *Roudolfi* ab hospitali abstulit. & ad dirimendam litem. que erat inter Episcopum Babenbergensem. & Salzburgensem. idem predium legitima commutatione Salzburgensi ecclesie tradidit. Sed ne dampnum pateretur elemosinaria domus. illius predii ablatione. ad commutationem illius. talentum dari constituit. Quocirca quia cura est fratribus Bruviningen. pro suo hospitali vobiscum agere. vestrum est. ut pro vestra benivolentia. & amore eterne retributionis. talentum. eis in loco certo designetis.

Num. XVIII.

De Sale Halle.

**R**oudolfus Prepositus de Halle & uxor ejus *Irmigart.* persolvunt ut constitutum est quatuor claustris. scilicet *Aspach.* *Alterspach.* *Osterhouen.* *Bruviningin.* omni anno VI. talenta & dimidium. vel quantum salis pro hac pecunia reddere debent. Quarum rerum distributio talis est. Ad *Aspach* persolvunt unum talentum vel VIII. Carradas salis. ad *Alterspach* X solidos. vel X carradas salis. ad *Osterhoven* XII. solidos. vel totidem carradas salis. ad *Bruviningin.* XX. solidos vel totidem carradas salis. Sexaginta denarii qui supersunt de predicta pecunia ad jus villici pertinent.



*EBERHARDUS* Dei Gratia Babenberge. n̄s Episcopus *Roudolfo* Hallensi & uxori ejus *Irmigarde*. omne Bonum Mandamus vobis sub optentu gratie nostre. ut quod de villicatione nostra fratribus nostris debetur. juxta quod in presenti carta notatum est. certo deinceps tempore quod vobis & ipsis complauerit. sine contradictione persolvatis.

Singulis his quatuor claustris. que hic annotata sunt. cartam nostro sigillo signatam commodavimus. ut hujus nostre constitutionis ipsi fratres nostri testes sint. quorum utilitatibus hec bona nos & beate memorie Predecessores nostri. *OTTO* videlicet & *EILBERTUS* Episcopi providimus.

Num. XIX.

**E***BERHARDUS* Episcopus Babenbergen̄s favens piis studiis Predecessorum suorum videlicet Beate memorie *OTTONIS* & *EGILBERTI* Episcoporum bona que ab eisdem monasterio Sancti Georgii collata sunt. ipse quoque manu propria super altare Sancti G. confirmavit eidem Ecclesie conservanda in vsus fratrum inibi Domino servientium jure perpetuo. faventibus & assentientibus in id ipsum his qui presentes aderant. quorum nomina sunt hec. *Volmarus* Canonicus Babenbergen̄s. *Eberhardus* Scolasticus. *Rathloch* Capellanus. *RAPOTO COMES*, *Adeloltwaltputo*. *Otto de Louitenbach*. *Friderich de Herignltesbach*. *Reginolt frater Episcopi*. *Pillunch de Menestorf*. *Katloch Pillungi filius*. *Wolfram de Zoubinruite*. *Heinrich de Chourbinruite*. *Heinrich de Aiske* & *Gotfrit frater ejus*. *Eberhart de Steine*. *Luipolt de Wisintowe*. *Counrat de Stetinbach*. *Mazilo dap:fer Episcopi*. *Marcwart Outonis filius*. *Adalbero Erzonis filius*. *Roudolf filius sororis supradicti Heinrichi* & *Gotfridi*.

Num. XX,

Beantragen Sie jetzt die volle Mitgliedschaft, um diese Seite zu betreten

# GESCHICHTE

Zehntausende von wichtigen historischen Quellen, viele bisher nicht erhältlich, stehen jetzt zum ersten Mal mit der Vollmitgliedschaft von Forgotten Books zur Verfügung.

Unbegrenzter Zugang  
\$8.99/monat

**Fortfahren**

\*Es gelten Richtlinien zur fairen Nutzung.



*win Listmar. Ortwin illus. Oudalricus & Marila de Brunn-  
ningen. Kadelhoch de Suirizbach. Henricus Wingete. Adal-  
bero filius Danubii.*

Num. **XXII.**

### M a n c i p i a.

**O** *TTO* Babenbergensis Episcopus tradidit Monasterio S. Geo-  
rgii quedam mancipia ad censum V. denariorum quorum  
nomina hec sunt Gotelwin. Gisela. Richza, cum filia Juditta.  
Pertolt. Gisela. Perhtrat. Gozwin. Luikart. Hailunich. Touta.  
Sigisrit. Hec mancipia quidam Hagono de Withartefeld Pre-  
positus Palatini Comitis per potentiam injuste opprimens suo  
servitio mancipavit. sed Postea penitentia doctus super altare  
S. Georgii abdicavit hec que inique possederat & eadem man-  
cipia cum omni libertate ecclesie nostre restituit. Cujus rei te-  
stes sunt. *Rudewic de Ratispona. Engelhart. Oudalricus. Ha-  
gano. Gebehart. Mahtsrid. Oudalricus Hirtele Herman. Engel-  
brecht omnes de Ratispona. Wirnt. Pertolt. Werngant. Egilolf.  
Gotschalchiten alius Gotscalc. Perltolt. Adalbrecht. Walther.  
Pertolt. Herman. nostri servientes.*

Num. **XXIII.**

### Mancipiorum Traditio.

**O** *TTO* Babenbergensis Episcopus tradidit super altare. S.  
Georgii duo mancipia eo videlicet pacto ut singulis an-  
nis censum. V denariorum persolvant. Quorum nomina hec sunt.  
Hadibreht & Vxor ejus Rouzila, (\*) Testes sunt Gumprecht,  
Och-

Othnant. Megingoz Gotebolt. Wicman de Ezzinberch, Adal-  
balm. Oudatricus de Tanhusen.

\* ) Alia manus margini inscripsit sequentia :

Ex quorum filiabus Richard. & Hadwic. nati sunt hi.

Liberi Richardis. Wicpertus Perbra.

Liberi Hadwic. Gerbirch. Chungunt.

Chunradi duo. Ortwin. Sibot. Henricus. Ruder.

Idem Domnus *OTTO* Babenbergensis Episcopus tradi-  
dit super altare Sancti Georgii duo mancipia Liugarden & Perh-  
tam & filiam Perhte Mergarden. cujus filie Gerbirch & Hilt-  
burch.

Gerbirgis filii Hartwicus & Meingoz.

Liugarr & Mergarr.

Filii Hiltburch Rapot. Deinbart. Perhta.

### Mancipia in Villa Pruvening.

Item Domnus *OTTO* Babenbergensis Episcopus tradidit  
super altare S. Georgii duo mancipia Pernoldum lapidem & so-  
rorem ejus Mergardem. que genuit quatuor liberos Leukardem  
videlicet & Henricum Minwardum Pernoldum. Leukardis vero  
genuit. V. Liberos. Levtwinum Hæinricum Fabrum Vlcicum  
Fabrum Alheidem Alheidem.

### Num. XXIV.

**H**enricus de Ammeterch. beneficium suum. Ammanesriute.  
quod habent a Bruuiningensibus. ipsis obpignoravit. pro  
XVIII. Talentis. datis insuper duobus talentis. Reinmare de  
Amterch. qui aliter dimittere noluit predictum beneficium. pri-  
us sibi obpignoratum, quod si non redemerit, infra purificationem

nem S. Marie. & festum S. Walpurgæ. redditus presentis anni de eodem predio. fratribus Bruuiningensibus contingent. Testes sunt *Reimmar.* & filius ejus *Otto. Othnant. Wifint. Albertus Gotfridus filii Othnandi. Rapot sororius ejus. Rapot Dux. Sibot Nasil. Ernest. Wainare omnes de Amberch. dietricus de Sigil. Franco de Sluchte. Acta Ratispone. in domo presati Othnandi.*

Num. XXV.

**N**otum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod *Roudgerus* Abbas (\*) usus prudentum fratrum suorum consilio. locavit *Marquardo de Turlingin* cognomento *Laner.* predium in *Toursluche.* & molendinum quod vulgariter vocatur *Munchemoul* ea conditione: ut ipse idem molendinum quia exustum fuerat reedificaret. & utraque predium videlicet & molendinum usque ad Terminum vite sue libere & sine censu possideret. Hoc enim ipse a longe retroactis temporibus. fidelibus obsequiis monasterio exhibitis promeruit. Eo vero decedente heredes ejus hoc pacto ei succedant. ut de molendino VI. Solidos & de predio LX. denarios annuatim Monasterio persolvant. Et hoc utrobique collaudatum est: ut nec predium nec Molendinum deinceps cuiquam inpignoraretur.

\*) *Hujus Nominis primus*

Num. XXVI.

**I**n nomine Domini Amen. *Rudigerus* Dei Gratia Abbas totiusque Conventus in *Pruveningen.* omnibus presens scriptum intuentibus. Orationes in Domino & salutem. Noverint universi tam posteris quam moderni, quod nos obtentu devoto  
*Hein-*

*Henrici civis Ratispons. cognomine Clerici. annuentes. Molendinum nostrum in Nitenawe situm. nobis vacans. sibi & uxori sue Maktildi. unanimes consensu cum omnibus adtinenciis suis concessimus jure hereditario possidendum. ita quod ipsi. cunctique propagationis ordine eis succedentes. dictum molendinum Hereditatis titulo possessuri. censum duarum librarum. Ratisponensis monetè. singulis annis in vigilia vel in die. S. Jacobi. ecclesie nostre solvant. etiamsi quandoque eventu aliquo contingente debito exinde usu fructuario careant. Verum si forte in prefato die censum pretaxatum persolvere neglexerint. nisi de dolo aut malicia se expurgent. censum ipsum infra sex ebdomadas post. nobis dabunt duplicatum. alioquin jus hereditarium quod eis in molendino prehabito ex concessione nostra competere dinoscitur. ecclesie nostre libere vacabit. contradictione cujuslibet non obstante. Si quando autem aliquis eorum ad quos jus idipsum ex successione devolvitur. illud forte necessaria occasione in aliam personam transferre voluerit. hoc de Prepositi nostri conscientia est facturus. sed nec per eum ut consuetudinis est habere debet impedimentum. dum modo persona in quam transfertur. nobis congruat atque bonis. Ne igitur talis nostra concessio & pacti observacio. possit aliquo modo posterum aboleri. presentem paginam seriem rei continentem sigillorum nostrorum appensione & testium annotatione fecimus roborari. Testes autem sunt. *Henricus de Ponte Judeorum* Canonicus veteris Capelle. *Otto* Vicarius majoris ecclesie Ratisponensis. *Chunradus de Nitenawe. Rupertus de Wisendorf. Ulrichus* dens. *Gerlochus* & frater ejus *Henricus* filii *Gerhohi. Chunradus de Eppensdorf. Fridericus Domini Ottonis Vicarii* sororius. *Fridericus Preco* & filius ejus ejusdem nominis. *Karolus* frater *Gamerici. Henricus de Wirt. Herbordus* servus domini*

Acta sunt hec Anno Domini. M. CC. XXXVIII, duodecima Kal. Julii.

Num. XXVII

**N**otum sit omnibus Christi fidelibus. quod Dominus *Uricus* Abbas hujus loci XVI<sup>o</sup>. Anno Domini. M. CC. LXXXI. VIII. Kal. Octobris. hoc est in die beati Ruperti Episcopi. optinuit sententialiter in *Sinzinge* coram judicio, presidente ibi iudice de *Abach Gebolfo*. Silvam ex altera parte danubii que vulgo dicitur *Gemainde*. quam sibi injuste usurpabant homines de *Sinzingen*. Huic facto interfuerunt hii *Uricus liber de ABEN-SPERCH. Witigo. Chunradus Zant. Alhardus Gebhardus Sacerdotes. Crtlibus de Pheter. Otto de Avekingen. Uramus. Gogel. (\* ) Chounhut. de Abach. & omnes villani & alii plures.*

\*) Lectio dubia. fors idem est ac de *Galle* quales hoc loco & Tempore extirere; *Gogel* enim Germanis, Gallus est latus. vel legendum *Kergel* quod vix probabile legenti.

Num. XXVIII.

B e n e f i c i u m .

*Uricus* Parrochianus de *Ezzingin* accepit beneficium quod unde *Angulis* annis dantur ei XVI. Modii siligii. Modii tritici & X Modios avene & LX denarii. ea

conditione ut de eodem beneficio quoad vixerit usum fructuarium capiat. (\* )

- ) Hi fundi Monasterii Prisingensis sui sunt in *Painten*, divisi in quatuor colonos.

Num. XXIX.

**A**nno Dominice Incarnationis MCXVIII. III. Idus Mai. consecratum est hoc Templum in honore Sancti Georgii, a Venerabilibus Episcopis Ratisponensi *HARTWICO*. & Babenbergensi *OTTONE*. Continetur etiam in principali altari de ligno Domini. Reliquie. S. Marie. Sanctorum Apostolorum. Petri & Pauli. Andree. Mathei. Marci Evangeliste Barnabe. Sanctorum Martyrum. Stephani Protomartyris. Clementis. Dyonisi Rustici & Eleutherii. Laurentii. Vincentii. Sebastiani. Crisogoni. Pancratii. Sanctorum Confessorum. Ermachore. Fortunati. Salini. Albiini. Fursei. Gundolfi. Drudonis. Juventii. Sanctarum Virginum. Genesive. Grate. Columbe. Glodesindis (\* )

- ) Ad Monasterii fundationem quam hoc Codice recensere intendebant pertinere non tantum prædiorum ac Bibliothecæ sed quam maxime Sacrarum Ecclesiarum atque altarium adnotationem recte arbitrati sunt veteres Monachi, quod & hic satis manifestarunt. Porro summi altaris Ecclesiæ primariæ tabula loco suo amota est 1707. cum Reliquiæ S. Erminoldi excavato spatio eo transferrentur XI. Augusti ejusdem anni (vid. *Gust.* in divis Prisingensibus. vit. S. Erminoldi N. XCI.) unde altare denuo consecratum est 4. Septemb. ejusdem anni, & aliæ Reliquiæ inclusæ; cujus rei monumentum, appendicis modo, N. XXXIV., adjecimus.

Num. XXX.

**E**odem anno & ipsa die dedicatum est altare quod situm est in medio Templi in honore Sancte Crucis & S. Pancratii.  
a Ven-



a Venerabili Ratisponensi Episcopo *HARTWICO*. Continentur etiam ibi de ligno Domini. de Sanguine. de Presepio Domini. Reliquie Sanctorum Viti Albini. Genesii. Ferruci.

Num. XXXI.

**E**odem anno & ipsa die consecratum est altare in sinistro Cornu. in honore S. Johannis Baptiste à venerabili Babenbergensi Episcopo *OTTONE*. Continentur etiam ibi reliquie Sanctorum Martyrum Marcelli Pape & Martyris. Blasii. Lamberti. Adalberti. Cypriani. Quirini. Anastasii. Maurini Abbatis. & Martyris.

Num. XXXII.

**E**odem anno & ipsa die consecratum est altare in dextro Cornu. in honore S. Benedicti a Venerabili Ratisponensi Episcopo *HARTWICO*. continentur etiam ibi reliquie Sanctorum Confessorum Marci Pape. Gregorii. Nicolai. Eucharri. Materni. Remacii. Oudalrici. Galli. Columbani. Pauli Heremite.

Num. XXXIII.

**E**odem anno & ipsa die consecrata est Capella que adheret dextro lateri Monasterii in honore S. Alexii Confessoris mire Sanctitatis viri. a Venerabili Ratisponensi Episcopo *HARTWICO*. Recondite sunt etiam ibi Reliquie Sanctorum. Timothei Apostoli. Sanctorum Martyrum. Laurentii. Vincentii. Symphoriani. Patrocli. Sanctorum Confessorum. Martini. Nicolai. Eucharri. Valerii Materni. Maximini. Arnoulfi. Loudewini. Goaris. Columbani. Celsi. Sanctarum Virginum XI. Milium. & de terra earundem.

Num. XXXIV.

Beantragen Sie jetzt die volle Mitgliedschaft, um diese Seite zu betreten

# Smart Werden

Mehr als 2.000 Jahre  
Menschheitswissen  
in 797,885 Bänden

Sofortiger Zugang  
\$8.99/monat

**Fortfahren**

\*Es gelten Richtlinien zur fairen Nutzung.

eporum & Martyrum Georii. Laurentii. Vincentii. Cyriaci. Johannis. Pauli. Sebastiani. Hermetis. Sergii. Bachi. Crispini. Crispiniani. Mauricii. Gereonis. Viti. Juliani. Crescentii. Pelagii. Dulcissimi. Carissimi. Sigismundi Martyrum. Martini. Nicolai. Augustini. Severini. Eusebii. Apri. Wolfgangi. Erhardi. Mansueti. Disibodi Episcoporum. Benedicti. Loudegeri. Birini. Confessorum. Agathe. Cecilie. Margarete. Eufemie. Tecl: Virginum & Martyrum. Anastasie Martyris. Brigide. Waltpurgis. Gerdrudis. Dorothes. Herasme Virginum.

\*) Hinc corrigitur *Fontilegium*, quod lapsa facili seu *Wixeri* seu *Type-*  
thets ponit IX. Kal. Sept.

### Num. XXXVI.

**A**nno Dominice Incarnationis M. C. XXV. Indictione III. XI. Kal. Augusti. consecratum est templum in Hempur. a venerabili Babenbergensi Episcopo Ottone. in honore primi Sigilli videlicet Incarnationis Domini. & in honore Sancte & individue Trinitatis & victorissime Sancte Crucis & Sancte Dei Genitricis Marie. specialiter autem in honore sancti Johannis Baptiste. Continentur etiam hic reliquie ipsius S. Johannis. S. Andree. Apostoli. Lamberti Episcopi & Martyris. Mauricii. Martyris. Colomanni. Martyris. Hechardi. Episcopi. & Confessoris. Herchinwaldi. Episcopi. Hellarii. Conf. Datiani. Confess. S. Gertrudis. V.

### Num. XXXVII.

**A**nno Dominice Incarnationis MCXXV. Indictione. III. II. Kal. Decemb. consecrata est Ecclesia que constructa est  
jux-

juxta Elcmofinariam domum in honore S. Andree Apostoli. a Venerabil: Babenbergensis Ecclesie Episcopo *OTTONE*. Continentur etiam ibi Reliquie Sancti Andree Apostoli, Blasii Episcopi & Martyris. Georgii. Johannis & Pauli. Mauricii. Candidi. Exuperii. Valeriani. Maurini Martyrum. Nicolai. Oudalrici. Agilolfi. Ebberici. Hereberti Episcoporum. Maioli. Boudolfi Abbatum. Prisce. Margarete Virginum & Martyrum, Gerdrudis. Virginia.

Eodem anno & ipsa die altare quod situm est ad meridianum in majori ecclesia quia post dedicationem ecclesie propter faciendam desuper fornicem loco motum fuerat denuo consecratum est in honore Sanctorum Apostolorum a Venerabili Babenbergensi Episcopo *OTTONE*. Continentur etiam ibi Reliquie Sanctorum Bartholomei Apostoli. Eventii. Cristophori. Ligorii. Fortunati. Felicis. Ebergisti. Privati. Sanctorum Maurorum. Potentiani. Stephani. Senne. Sanctorumque quorum nomina ignoramus.

Eodem anno & ipsa die altare quod situm est ad Septentrionalem in majori ecclesia, quia & ipsum post dedicationem ecclesie propter faciendam desuper fornicem loco motum fuerat denuo consecratum est in honore Sanctarum Virginum, a Venerabili Babenbergensi Episcopo *OTTONE* Recondite sunt etiam ibi Reliquie Sanctarum Virginum. Ursule Sodaliumque ejus. Marie Magdalene. Pinnole. Gerdrudis. Prudentie. Tecte, Fidis. Flavie. Euprepie. Digne. Albine. Juliane, Alme.

Num. XXXVIII.

**A**nno Dominice Incarnationis M. CXXVIII. Indiēt. VII. VIII. Kal. Decemb, consecrata est Ecclesia, S. Arbogasti a Venera-

nerabili Ratisponensi Episcopo *CHOUNONF.* in honore primi Sigilli videjicet Annuntiationis Domini & Victoriosissime S. Crucis. & Sancte Dei Genitricis Marie. Specialiter in honore Sancti Arbogasti Episcopi & Confessoris. Continentur in ea reliquie. S. Bartholomei Apostoli. Cyriaci. Sebastiani Martyrum. Arbogasti Episcopi Felicitatis. & XI. milium virginum,

Num. XXXIX.

**A**nno Dominice Incarnationis M. C. XXXII. Indiēt. X. VI. Kal. Decemb. dedicata est Basilica S. Marie Magdalene a Venerabili Babenbergensi Episcopo *OTTONE.* Recondite sunt ibi hee reliquie. De ligno Domini. de Vestibus S. Marie. Johannis Baptiste. Petri. Andree Apostolorum. Sanctorum Martyrum. Stephani Protomartyris. Georgii. Laurentii. Gordiani & Epimachi. Stephani Pape & Martyris. Basili Episcopi. Pauli Heremite. Ganthildis. Virginis. XI. Virginum. Margarete virginis & Martyris. (\*)

- ) Cum hanc Basilicam sublatam cerneret Rēnus Abbas *OTTO*, aram novam intra ecclesiam primariam ad nomen & memoriam S. Mariæ Magdalene excitavit, cujus consecrationis monumentum numero sequenti adjicere visum est.

Num. XL.

**I**llustrissimus, & Reverendissimus in Christo Pater & Dominus Dominus *Albertus Ernestus* Episcopus Laodicensis, Coadministrato Ratisbonensis Sacri Romani Imperii Comes de *WARTTENBERG* consecravit in Ecclesia Monasterii Prifling hoc altare in honorem Dei Omnipotentis, Beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum ad nomen & memoriam S. Mariæ Magdale-

dalensæ Sacelli lateralis, consueto solemnî Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Ritu, hoc die uno anno & in anniuersario quadraginta dierum de vera indulgentia in forma Ecclesiæ consueta concessis, inclusis Sanctorum reliquiis S. Mariæ Magdalenæ ossibus & crinibus. S. Afræ Mart. S. Serenæ vid. M. S. Serotinæ M. Soc. S. Donatæ M. S. Justinæ M. Soc. S. Aurei Archiepiscopi Mogunt. S. Elisabet. Turingiæ viduæ, SS. Celestinæ & Lucidæ M. Romanarum. ita testor die 1 Junii 1710. Albertus Ernestus Episcopus Laodicensis Mppria.

Anno 1710. (L. S.) Mense Junio Die I<sup>mo</sup>.

Num. XLI.

V. Non. Maii. dedicata est Ecclesia que est *Pruckedorf* in honore Sancte Marie Matris Domini. Continentur ibi hee Reliquie. De Cruce Johannis Baptiste. Xixti. Felicissimi. Agapiti. Alexandri. Euentii. Theodoli. Octaviani. Nicolai. Saturnini. Octobris. Helene. Sanctorum IIIXL Martyrum. & aliorum Sanctorum. (\*)

- ) Sanctæ Crucis Sacellum Bruckdorfi supra Ratisbonam ad labarum nigrum, miraculo consecratum illud & annalibus celebre, idem hodieque, nec titulo aliquando mutato, existare monumentis & Traditione habetur. de eo *Vnguis Leoninus* a *Melchiore Weixero* Typis editus Ingolstadii a. 1625. itaque dicendum alteram S. Marie Ecclesiam *Bruckdorfi* aut abolitam demum, aut errore *Pruckedorf*, *Sinzinga* loco positum fuisse. Ecclesia enim Titulo Matris Domini *Sinzinga* Parochialis est, sita in fundo Monasterii *Prisingensis* qui *Limiti Bruckdorfenfi* adjacet indeque facile compellari promiscue potuit vel omnino ei *limiti* accenseri. accedit quod scriptor uti annum, ita quod plerumque facit locum prænotare hic omiserit. in

decur-

decurſu autem nuda ponit *Prakedorf* quaſi non niſi reſpectum ad eum locum (*Prakedorf* verſus, Germ. *Prakedorf Zu*; ſecus ei ponendum fuiſſet more ſuo *apud Prakedorf*) expreſſurus eo potiſſimum motivo ductus ut hac ratione Eccleſiam iſtam diſcerneret ab alia minore itidem *Sinzingæ* & in prædio *Priflingenſi* ſita, *B. Aegidii* titulo; quæ quidem non amplius exiſtit.

## Num. XLII.

**R**eliquie que apud *Gmunde* continentur. De S. Cruce. *Andree*. *Thome*. *Bartholomei*. *Johannis* & *Pauli*. *Laurentii*. *Sebastiani*. *Mauriti*. *Clementis*. *Georii*. *Cosme*. & *Damiani*. *Kyliani* *Sociorumque* ejus. *Brietii*. *Galli*. *Innocentii*. *Willibaldi*. *Wnnebaldi*. conſecrata eſt autem Eccleſia que apud *Gmunde* in fundo *Monasterii* noſtri ſita eſt a *Venerabili HEINRICO* *Ratiſponenſi* *Episcopo* in honore *Sancti Georgii Martyris*. Anno *Domini* *M. C. XXXV*. *Indictione* *XIII*. *XVI. Kal. Decembris*.

## Num. XLIII.

**N**oscant universi presentes & futuri. fratres Pruvingenses. obtinuisse decimas quas habuit. *Liubricus de Peifingin.* quo volente & rogante *Perngero* Abbas. S. Emmerami. consensu fratrum suorum fratribus Pruvingensibus ipsas decimas concessit possidendas eodem jure quo ipse Heres possederat ante datis XV. Talentis. & VI. solidis. VII. Talentis *Liubrico.* qui resignavit. VIII. Abbati qui habere permisit. VI. solidis *Gumponi.* & *Chunrado.* fratribus predicti *Liubrici.* qui consenserunt. Hujus itaque beneficii hereditarii est reditus festo. S. Martini. solvendus. scilicet claustralis mensure XXXIII<sup>or</sup>. modi. X. & VIII. siguli. XII. avene. III<sup>or</sup>. Tritici. C. L. Casci. vel totidem nummi. Igitur hec apud posteros inconuulsa. indiscissa rata & firma permaneant. nisi juste & legitime inutationis concambium fiat. Testes sunt. *Otto.* & filii ejus *Albertus.* *Marquardus de Tingin.* *Walwan.* & frater ejus *Pernhardus.* & *Salmannus de Wihs.* *Rudigerus* & *Rudigerus* & *Gotfridus de Lengenvelt.* *Liupman.* de *Gertirchin.* *Fridericus.* & *Pertoldus Jervi* Abbatum. *Meinhardus de Purrign.* *Mehtfridus* famulus nolter. *Wernhardus.* *Liubricus.* *Gumpo.* *Chunradus.* *Engilsalchus.* de *Pifign.* *Liutwinus de Obirdorf.*

## Num. LXV.

## De Izenruit.

**V***lricus de Waeszingin.* & uxor ejus *Irmgardis.* acceptis XXXV. Talentis a fratribus Pruvingensibus abdicaverunt *Izinruit.* Testes sunt. *Arbo de Stouph.* & filii ejus *Erbo.* *Hartpertus de Aheim.* *Karl Thelonearius* *Gozwinus Dives.* *Luitwinus*  
*Hai-*

*Haider. Fridericus mit dem Munc'e. Regenboto Advocatus. Marquardus von dem niun Marct. Pericid de B.azizingin. Henricus & Sigboto de Fronouue. Chunradus uillicus de Nicenouue & frater ejus Henricus Gelpfrat de Tispach. A.ingoz de Inderisruit. Hartnit de Sparwuerjpac. Haenrich de Frantenhusen. Chounrat de Nuinchirchen. Geruicus & Aluwin9 frater ejus de Nuinchirchin. Qualscalch9 de Henrichisruit. Gebhart de Izenruit. Chounrat de Tuifental. Volmar. Gumper9 Eggeberty de Prugge. Willihalmus de Pfaeter.*

Num. LXVI.

De Predio Adlheidis in Pruingin.

**A**delheit filia Hartwici de Pruiningin. predium suum quod in eadem villa possederat. omnib9 heredib9 suis decedentib9. ipsa sola superstes. acceptis a magistro dom9 elemosinarie pruiningin. XXVII. Talentis de manib9 potentibus per legatarium ipsi9 precii Sigehardum de Helmchouen. delegavit in manus Routperti Chaergl. Monasterio S. Georii conservandum. rogante Abbate Pruiningense. Testes sunt Karl Thelonearius Qualrich preposit9. frater Rudperti Kaergl. Rouzer de Souning. Grimoldus de Stouf. Roudolf Rouzer. & filij ejus Ernst. Hartwicus de Radtendorf. Heinrich de Eglofsheim. Poppo de Tuifnprunne. Chunradus de Ginsvelt. Pertolt servus Thelonearii. Henric9 de Helmchouen. Qualric9 Homo Qualrici prepositi. Gotsalcus der Franc. Henric9 de Gozratisperch. Iple Sigehart de Helmchouen. Qualric9 Homo Qualrici Prepositi. Gotsalcus miles Roudperti Chergl. Hoholt de Cholnbah. Pertolt Struz Homo Abbatis. Acta sunt Ratispone in domo Karl Thelonearii.

## Num. LXVII.

De X agris Engelsalcho & uxori ejus Perhte & filio ejus  
Ulrico ad terminum vite eorum concessis.

In nomine Domini Amen. *Rudgerus* Abbas & Conventus Sancti  
Georgii in Prueningen. omnibus presentem paginam in-  
specturis salutem in eo qui est vera salus Quorum notitia in plu-  
res annos est necessaria bonum est & utile ut eorum memoria  
servanda litteris & testibus commendetur. Notum sit igitur fu-  
turis & presentibus quod in Capitulo sive Conventu nostro de  
communi consensu omnium nostrum. *Engelsalcho Ecclesiastico*  
*Majoris Ecclesie Ratisponensis. & uxori sue Perhte. & filio utri-*  
*usque Ulrico. X. agros* hospitali nostro adtinentes concessimus  
ab ipsis quamdiu uixerint possidendos. sub censu. XXX. dena-  
riorum annuatim hospitali nostro in festo beati Georgii solven-  
dorum. ipsis vero decedentibus Ecclesia libere eo jure quo & ante  
detinuit predictos agros rehabebit. Si vero *Engelsalchus* primo  
inter tres predictas personas decellerit. relique due persone pre-  
dictos agros equaliter si voluerint inter se dividant. censum pre-  
libatum pruenigensi Ecclesie in predicto termino persolventes.  
Nos quoque auctores ipsorum agrorum erimus. pro jam dictis  
tribus personis. coram quolibet judicio stantes. si forte super eis-  
dem agris ab aliquo impetantur. ut ergo nostra concessio illis  
tribus Personis rata permaneat. & nulla litis calumpnia super pre-  
dictis oriri valeat. in eorum memoriam & confirmationem pre-  
sentem paginam conscriptam. Sigillorum nostrorum appositione  
dignum duximus roborare. Testes. *Dietricus Prior. Welfricus. Fri-*  
*dricus Wernherus. Nordianus. Albertus. Pruno. Fridricus Monachi.*  
*Engelpreht Ecclesiasticus Ratisbonensis Ecclesie. Rudger ecclesia-*  
*sticus*

Beantragen Sie jetzt die volle Mitgliedschaft, um diese Seite zu betreten

# Smart Werden

Mehr als 2.000 Jahre  
Menschheitswissen  
in 797,885 Bänden

Sofortiger Zugang  
\$8.99/monat

**Fortfahren**

\*Es gelten Richtlinien zur fairen Nutzung.

*DERICUS PALATINUS* delegavit predictos mansus & agros super altare S. Georgii in Monasterio provenienti. Testes sunt *Wolftrigl de Sandolhusen. Marquart de Grunhartshoven Udalricus de Chelheim. Wimar de Hohenhaim. Wernhart de Ichenhofen. Counradus de Pairprunne. Counradus de Solar. Sifrit Koupvel. de Wartenperch. Meinhart de Hergoltshusen. Herman de Piburch servus Abbatis.*

Num. LXIX.

H a s e l b a c h.

**P**redium nostrum in *Haselbach* situm dedimus in commutationem *Chounigunt* femine de Bruviningen. recipientes ab ea illud quod ipsa in vado dannbii cum agris adjacentibus habere visa est. Sed quia postea visum est ei quod minus a nobis accepisset quam res polceret. ut querellam quam contra nos movebat compesceremus. X. & VIII. Solidos. & vaccam fetam tradidimus. sicque ipsa cum viro suo & duabus filiabus suis abdicabant omne jus proprietatis in eodem predio pro quo contendebant. Testes hujus rei sunt. *Fridericus Prefectus. HEINRICUS COMES FRATER EIUS. PERNHARDUS DE WOLFESHOVEN Luitwinus Liffmar. Oudalricus Chargele. Hartwicus. Routpertus fratres ejus. Esbo de Manegolting. Gumpolt. frater ejus. Gotfrit Foechil Pragere Gorwing. Gotfridus de Rorbach. Pridericus Michelsperge. Haitfolch. Giltfbyr. Perhtolt Rouge Waize, Wernhart de Bruuiningen. Luitwinus filius Ortlybi.*

N. LXX.

Num. LXX.

Predium in Meuzenback.

**N**otum facimus cunctis Christi fidelibus presentibus & futuris qualiter *Megenhardus de Niuvenburch* acceptis a fratribus **CXXX.** talentis tradidit Monasterio Sancti Georgii Predium quale in *Meuzenbach* habere visus est cum nemore quod adjacet circa *Heselbach.* omnino in proprietatem de potentibus manibus. Ceterum de bonis nostris que tanto precio comparavimus. & hereditario jure possedimus. orta est contentio inter nos & *fratres de Waltshusen.* Qui dum nostram possessionem faterentur prius sibi traditam. & nos e contrario bona Ecclesie nostre collata soli habere cuperemus. hac contentione pulsatus *Megenhardus* ingrediens in ipsa predia partem hereditatis quam nobis delegaverat presentibus Abbatibus. **ERBONE** videlicet *Bruviningense.* & *Daniele de Waltshusen* ejusque fratribus. scilicet *Chunone. Perhardo. Pernoldo. Ernest. & Heinrico.* ceterisque fratribus. ab illorum bonis discrevit. sicque illis abdicationem facientibus de bonis nostris. controversie finis inponitur. ac dissidentium fratrum mentes ad concordiam pacis revocantur. Testes horum sunt hii. *Megenhardus de Niuvenburch. Routpertus Wolf. Pernhart de hartudejhove. Tagino Prepositus de Plaiche. Rudiger de Tuifenbach. Pilgrim de Plaiche. Tegenhart de Plaiche MERBOT de Rechart. Dietpolt de Gutenberc. Rudiger de Chalinruite. Wolfram de Bach. Herman de Niuvenburc. Helmrich item inde. & Permut inde. Rudiger Prepositus Megenhardi. Wolfram de Suante. & Marchwart item inde. Purchart de Heselbach. Ermrich. Chunrat. Perhtolt. Suzman. Marchwart, omnes de Heselbach. Techan. Struz de Clagdorf. Hezila. Luizman.*



*man. Henricus Rutpertus. Sigbot de Gelckbach Wolf Prepositus Palatini. Pernger Prepositus Ducis. De Waltenhove Hunbrecht. Henricus. Ortwin. Luiziman. Henricus.*

Num. LXXI.

A n n e d o r f.

**I***snricus. Isnrici filius. de Annedorf. acceptis X. talentis. ipsum predium Annedorf. abdicavit. in manus ALBERTI COMITIS DE BOGEN. ea videlicet condicione. si forte aliquando ipse filius Isnrici. predictum predium Annedorf redemerit. redditus. C. & X. talentis fratribus Pruviningensibus. postea jam dictus Isnricus. Isnrici filius. si sine herede decesserit. presatum predium Annedorf. ad S. Georium Bruuiningin pertinebit. Testes hujus rei sunt. Chunrat de Ahusen. Ferhtolt de Hennechoven. Hugo de Sunbrechtsdorf. Gerloh de Framlerichesperge. Erbo de Eryfencelle. Roudolf de Horginbach. Fridericus de Strazkirchen. Hiltobolt de Ozzingen. Vlricus de Alenchoven. Perhtolt de Naternberge. Meingoz de Ozzingen. Rudigerus de Nurenkirchen. Vlricus de Eglolfesheim. Rudigerus de puringen. Rudolfus & Dietricus fratres. & Geroldus de Enpjenchoven. Henricus & Ortwinus de Rischerdorf. Hartwicus de Hofelbach. Poppo & Perhtoldus de Riede. Acta sunt hæc in villa Niennedorf.*

Num. LXXII.

A n n e d o r f.

**F***ratres Bruuiningenses. X. talenta dederunt Isnrico filio Isnrici. de Annedorf. pro abdicatione ejusdem predii Annedorf. tali condicione. si non redemerit ipsum predium. infra natalem*

Beantragen Sie jetzt die volle Mitgliedschaft, um diese Seite zu betreten

# GESCHICHTE

Zehntausende von wichtigen historischen Quellen, viele bisher nicht erhältlich, stehen jetzt zum ersten Mal mit der Vollmitgliedschaft von Forgotten Books zur Verfügung.

Unbegrenzter Zugang  
\$8.99/monat

**Fortfahren**

\*Es gelten Richtlinien zur fairen Nutzung.



*Heinricus de Prunne. Roupertus de Pfafchoven. Heinricus sororius Gozwini. Rudiger de Lengenvelt. Raker homo Gumpoldi. Luitwinus in Zigelhufe. Rudiger filius ejus. Mahtfrit serviens noster.*

Item abdicavit Groube jam dicti Chadoldi soror vxor Sighardi de Helmchoven. Acta ibidem. Testes sunt. Sighardus ipse. de Helmchoven. Heinricus frater ejus. Chunrat filius Gebolfi. Et alius Chunradus de Mosshaim. Kadolt de Gistingin. Roupertus de Pfafchoven. Poppo de Tiufenbrunne. Perhtolt Et Mahtfrit servi nostri.

Item abdicavit Groube presati Chadoldi altera soror uxor Rouperti de Cheveringen acta ibidem. Testes sunt. Chadolt frater ejus. Roupertus Maritus ejus. Rupertus de Pfafchoven Ortwinus calcifex de Cheveringen. Perhtolt Et Mahtfrit servientes nostri.

Item abdicavit Groube Fridericus der Osterman. Acta Ratispone. in ecclesia veteris Capelle. Testes sunt. Chadolt de Gisingen. Wimar de Hohenheim. Deinhart de Plaiche. Fridericus de Nitenawe. Fridericus de Ezzenberge. Et filius ejus Fridericus. Roupertus de Pfafchoven. Heinricus de Prunne. Gotfrit Et Chunrat de Prunnelaite. Perhtolt de Gerolwingen.

Num. LXXIV.

B o u c h e.

**M**utuatione facta prius agrorum Pouche. ita ut pro singulis jugeribus. redderentur duo jugera Aholwingen que hodie possident heredes Rouperti. datis insuper tribus talentis filiis Rondolfi. fratris ejusdem Rouperti. Postea Hartwicus de Montenah. cum duabus filiabus predicti Rouperti Gisla Et Mahtthilt

*thilt. acceptis. V. talentis a fratribus Bruuningen. abdicaverunt. ante mutuata Pouche. in manus Legatarii ejusdem. scilicet Ottonis de Wahsenperg. Testes sunt. Hartwicus de Montenah. Gethardus Henricus, Hartwicus. Albertus Liupolt. omnes de Scouenaiche. Eriembertus Chouno. Pernolt. omnes de Wisendorf. Rudiger de Icha. Perhtolt de Wisentvelde. Vlricus. Rudiger. Baltram. omnes de Mozzingen. Gotschalvus. Wernhardus. Gifilbertus. omnes de Harde. Wernher de Cidelaren, Vlricus de Gemunde. Mahtfrit Chunrat servientes nostri,*

Num. LXXV.

A w e.

**P***ernhardus de Lerchenvelt. accepto Talento. a fratribus Bruuningen. abdicavit pratum. & seni secundi participationem. Avve. Testes sunt. Arnolt. Perhtolt. de Lerchenvelt, Mahtfrit servus noster,*

Num. LXXVI.

P r u c g e d o r f.

**W***ernhardus de Starcholdshoven. accepto a fratribus pruinigrensibus equo. empto. LX. denariis minus duobus Talentis. cum juramento abdicavit Prucgedorf. Testes sunt Stgehardus Parrochianus. Fridericus. Oulricus. de Lobefingen. Eberhardus Clericus HEINRICI Prepositi Ratispone. Chonradus de Mandichingen. Chonradus. Otto. de Hufen,*

Num. LXXVII.

C r u c e p o u h e l

**E***ppo de Ebermoutedorf. cum duobus filiis. Oudelrico, Alberto, predium suum Crucepouhel vendiderunt fratribus*  
R a
Bru-

Bruviningen. pro XXX. III. Talentis. & LX. denariis. conservandum. ipsis Bruuiningensibus. per manum *Wichnandi de Haselpach*. Testes sunt. Ipse *Eppo. Oulricus. Albertus. filii ejus. Arnolt. de Ebermoutedorf. Wichnant. Marquart Perhtolt. Sibot. Hartwicus. de Haselbach. Ernst. Ratisponensis. filius Roudolfi Rouzares. Roudiger filius Liutwini in Cigelhuse. Perhtolt servus noster.*

Num. LXXVIII.

De vineis Oberdorf.

**L**OUDEWICUS DUX BAWARIE. & Patruus ejus. OTTO PALATINUS (*Junior*) Tres vineas Oberdorf. cum appendiciis agrorum resignaverunt OTTONI Episcopo Babenbergensi. fratribus Bruuiningensibus. in proprios usus. accipientes ab ipsis. Dux videlicet LXXX. Palatinus. LXXXV. Talenta. Acta Ratispone in Palatio ejusdem Babenbergensis. Confirmationis hujus testes sunt. OTTO Babenbergensis. OTTO Frisingensis. Episcopi. LOUDEWICUS Dux Bawarie. OTTO Palatinus. PERHTOLT MARCHIO DE ANDEHSE. DIETRICUS COMES DE WAZERBOURCH. CHUNRADUS COMES DE MOSBURCH. Purchart de Steine. Wernher de Laber. Ratolt de Reinprehtesdorf. Chalho Chalhoh. de Chirkperch. Vlricus. de Pentlingen. Henricus Saligerchint de Frisinge. Diepolt de Scrovenhufen. Ekkebertus de Talmaizingen. Perhtolt de Avekkingen. Walchum. & frater ejus Wernher. de Hage.

Num. LXXIX.

De Beneficio Wernhardi ville Pruvingin.

**W**ernhardus. & frater ejus Henricus. beneficium suum hereditarium. Bruviningen. resignaverunt fratribus Bruvi-

Beantragen Sie jetzt die volle Mitgliedschaft, um diese Seite zu betreten

# Smart Werden

Mehr als 2.000 Jahre  
Menschheitswissen  
in 797,885 Bänden

Sofortiger Zugang  
\$8.99/monat

**Fortfahren**

\*Es gelten Richtlinien zur fairen Nutzung.



ejus. ab Episcopo Ratisponensi iusto & legitimo concambio. qualiter traditum est predium quinque solidorum juxta ripam Danubii. in villa Bruviningin. per manum *Ottonis de Rehberch*. Advocati sancti Petri. Proinde ipsi Provenientes vicillim tradiderunt beato Petro Predium *Ekkolovingin* ad talentum. per manum advocati sui *ADLBERTI COMITIS DE BOGEN*. Addiderunt preterea L. Talenta. Dederant etiam prius pro eodem alia. XL. II. Talenta *Sighardo Parrochiano S. Emmerammi* qui possidens jure hereditario predictum predium. resignavit. & abdicavit. cum ceteris coheredibus suis. Conductus quidem navigii in portu Bruvingensi. ad Episcopum Ratisponensem pertinentibus. sicut prius. ita & nunc. & deinceps. sine precio commodeatur. scilicet prompte & sine dilatione pateat & concedatur. Igitur hec mutuationis causa terminata est & confirmata. Canonico-  
 rum Consilio. Ministerialibus consentientibus. insuper etiam contestantibus, ac fideli astipulatione. jure jurando affirmantibus. estimationem sue partis potiore. longeque meliorem. ut autem hec in posterum. apud Episcopos succellores nostros. rata & inconvulsa. permaneant & perseverent. & ne quisquam de cetero hereditatis occasione. fratres provenientes aliquatenus infestare presumat. presentem inde cartam conscribi. atque sigilli nostri auctoritate premuniri providimus. Testes sunt. *Henricus major prepositus. Rapoto Decanus. Ulricus plebanus. Eglolfus S. Johannis prepositus. Beletus Magister. Rougerus. Pertoldus de Her . . . Wernhardus. Fridericus freno. Herbort Zolner Fridericus Cellerarius veteris Capelle. Oulricus & Henricus. Capellani Domus Episcopi. Wernher. plebanus. S. Emmerami. Oulricus. Sibenma . . . ADLBERTUS COMES DE BOGEN. CHUNRADUS COMES DE DORNBERCH Adlbertus & Wal-  
 abun. de Chamberch. Pernhardus de Mosh . . . Sighardus de Eberb*

*Eberb . . . Henricus & Hartwicus de Fronowe. Gorwinus di-  
ves. Adlbertus de Nutt . . . Adlbertus de Suzemb . . . Karo-  
lus Ratisponensis. Ulricus & Roupertus Kergel Adlbertus &  
Liutwinus Heid . . . Hartwicus de Lie . . . Adlhardus de  
Sa . . . Walther de Valkenstein. (\*) Actum Anno ab incar-  
natione Domini M. CLXXVIII.*

(\*) Videtur hoc tantum esse protocollum ex quo deinceps formatum  
est Diploma.

Num. LXXXII.

De Predio Tigin.

**H**enricus Kamber Sororius (\*) *Wilhalmi de Tunzilingin.*  
acceptis. III<sup>or</sup>. talentis & dimidio a fratribus Pruviningen-  
sibus abdicavit predium in *Tigin*, quod avunculus suus pre-  
dictus *Wilhalmus* tradidit per manum *Marquardi de Tigin*  
Monastario S. Georii Pruviningin. pro remedio anime sue suo-  
rumque parentum. Testes sunt *ALTMANNUS COMES. Ratol-  
dus de Reinprethsdorf. Gotesachus de Hanchoven. Fridericus  
de Folfershoven. Chounradus de Liuvinsdorf. Sighardus de Eg-  
loffshaim. Gotfridus de Untirpentligin. Otto Strigil. Ekbertus  
de Gebelnhoven. Fridericus de Obirmounstir. Ekbertus de Ek-  
moul. Poppo de Geltolvingin. Herbordus de Lirndorf. Adlber-  
tus de Gigin. Irmfridus de Pknpiunt. Henricus Kamber. Hein-  
ricus de Ascoltshusen, Karolus & Helmwicus fratres de Smitts-  
husen. Oulricus Chounradus. Pichman. Ekcolf de Schirlingin.  
Wernhardus de Heilsparg. Henricus de Toutenhoven. Richker  
de Mexzingin. Marquardus de Tigin.*

Soror etiam prefati *Henrici Kambers*. abdicavit predium  
idem in *Tigin*. Testes sunt. *Albertus & frater ejus Otto. de*  
Ti



*Tigin. Marquardus & frater ejus Wahan. Chounradus Anigel de Tunzilingin. Kamber Henricus. Otto. Pernger. Sighart Eppo. Altertus. Oulricus Kelfo. Roudger de Tuncilingin, Rougerus. Salman, Meingoz. de Legincelt.*

Num. LXXXIII.

### De Vinea Oberdorf.

**I**n Nomine Sancte & individue Trinitatis. *OTTO* Dei gratia Sancte Babenbergensis Ecclesie Episcopus. Agnoscant cuncti. presentes atque futuri. qualiter *Oulricus de Pentlingen*. acceptis *L. Talentis* a fratribus Pruvingenibus vineam *Oberdorf* resignavit *CHOUNRADO COMITI DE MOSBURCH*. Item Comes resignavit *LUDWICO DUCI BAVARIE*. Idem Dux resignavit mihi. Ego vero per manum *OTTONIS PALATINI*. tradidi Monasterio. *S. Georgii. Pruviningin*. Testes sunt *PERTOLDUS DUX DE MERAN. LUDWICUS DUX BAVARIE. OTTO PALATINUS. ALBERTO COMES DE POGEN. FREDERICUS QUONDAM PALATINUS. Hugo de Geginberch. Rattoldus de Kagir. Oulricus de Scrovenhoven. Gotfridus de Katispona. Henricus de Werde. Ekbertus de Ekinmul. Helmbertus de Rotinbach. Ainwicus de Buehpach. Eberhardus de Tanhusen.*

Num. LXXXIV.

### De Predio Ville Pruviningin.

**M**ergardis Proor *Oulrici Sibenmans*. acceptis *VI. Talentis*. predium suum quale habuit in villa *Pruviningin*. per manum *Rouporti Kargil*. tradidit *S. Genio & fratribus Pruviningin.*

Beantragen Sie jetzt die volle Mitgliedschaft, um diese Seite zu betreten

# GESCHICHTE

---

Zehntausende von wichtigen historischen Quellen, viele bisher nicht erhältlich, stehen jetzt zum ersten Mal mit der Vollmitgliedschaft von Forgotten Books zur Verfügung.

Unbegrenzter Zugang  
\$8.99/monat

**Fortfahren**

\*Es gelten Richtlinien zur fairen Nutzung.



na hec sunt. *Oudalricus de Albenhoven frater Epponis. Dietricus de Franchenriede. Hartwicus Rant. Rudolfus & Henricus frater ejus de Hurinbach* vades se nobis obtulerunt. promittentes in fide, quod coram Episcopo. coram duce. atque Palatino pro nobis stare parati sint contra omnes, qui in parte decimarum nostrarum jura nostra violare temptaverint. Quod si pactum hoc irritum fecerint, & decime nostre ab aliquo distracte fuerint. unusquisque illorum V. Ministerialium quinque nobis talenta dabit. licque viginti quinque talenta Monasterio nostro persolventur. Testes hujus pactionis isti sunt. *Abbas Choutrardus de Altha. Gerbertus Abbas de Metine. Abbas Gelehardus de Windeberge. ALBERTUS COMES DE BOGEN. Megengoz de Chalmberch Arnoldus de Swarza. Karlo de Franchenride. & fratres ejus Henricus & Dietricus. Henricus de Tekinowe. Pertoldus de Ch.:chdorf. Prepositus. Henricus de Leichlingen. Henricus cognomento Wilde. Oudalricus de Albenhoven. Pernhart de Lerchinvelt. Sigfridus de Naternberch. Rudigerus cognomento Nagil. Fridericus Osterman. Hartwicus. Rudolfus. de Naternberch. Hougo & Henricus de Sunebrehtesdorf. Gozpolt de Empichoven. Marquart de Kise. Henricus de Hurinbach. Gotscalch Camerarius. de Metine. Gnanno nauta de Metine. Albero Sturm,*

Num. LXXXVI.

G r u b.

**C**ontradictionem quam a *Rapotone de Wezelsberge* in predio quod est in *Grube* habuimus legitime dissolutam esse scripto indicamus. Longo namque tempore contradictio eadem habita est. tamdiu videlicet donec **COMES BERTHOLDUS DE BOGEN** advocatus Monasterii. in cujus manu est idem predium dele.

delegatum coram OTTONE COMITE pro eodem predio responderet. in quo neminem aliqui juris preter fratres de Bruiningen habere manifesta ratione probavit. Itaque Rapote judiciario ordine coactus est abdicare omnem quam in illo predio habere volebat proprietatem cui etiam predictus OTTO COMES sub constitutione hanni secundum justitiam legum interminatus est ne vel ipse vel aliquis eorum qui sub sua citatione sunt pro eodem predio ulterius questionem moveat. Acta sunt hec in loco qui dicitur Regilismuize. ubi pretoria sedes OTTONIS COMITIS habetur. Testes horum que dicta sunt hii sunt. BERTOLLUS COMES DE BOGEN. OTTO COMES. DE STEUENE (\*) Routport9 Wolf de Bochefterg. Rapot de Pielstain. Roudolf de Menna. FRATER BERTOLDI COMITIS. Chadolt de Sounebrehtedorf. Adalbertus de Hovedorf. Babo de Pfalen. Babo de Suenie. Counrat de Sateltogen. Nizo de Raitenbuch. Fridericus de Rorbach. Mngense Ministerialis. Marchwart de Churnberch Libart de Denchilngen. Wirnt de Hchebach. Gotpolt de Menna. Eppo de Vrjepach. Roudiger de Stalbogen. Hartwic de Rismannisdorf. Adalbert9 de Chaltenberc. Rakwin de Mitterdorf.

\*) Stevening.

Num. LXXXVII.

N o u l a n d e s t o r f.

**V**olcholt & Henricus fratres de Niwenburch. acceptis a fratribus XXX. talentis tradiderunt Monasterio S. Georgii Predium suum quale in Nowlandestorf habere visi sunt.

## Num. LXXXVIII.

**A**bbas Erbo Bruuiningensis & Prepositus ejus concesserunt *Wernhardo* de Bruuiningen predium in *Ekkolwingin* ea conditione. ut singulis annis inde talentum ad censum persolvat. & insuper illud beneficium in vado denubii quod prius habebat. illi traditum est. ut omnibus annis inde censum trium solidorum reddat. statutum est autem ut censum singulis annis in vigilia Theophanie reddat. Quod si non fecerit. illud beneficium jure amittere debeat. & edificia que in predio invenit vel que ipse in eo postea construxit. simul reddat. sciens quod utrumque beneficium non hereditario Jure. sed tamquam censualis Juris debitor accepit. Testes hujus rei sunt. *Gozwinus de Rouvine/burgetor* & *Patru9 ejus Pernolt. Baltwinus Nepos foris urbem. Megengoz de Raine. Routpertus Nebger. Willihalm de Scirlingen. Immo de Ekkolwingin. Wernhart* predictus qui beneficium ipsum accepit.

## Num. LXXXIX.

## De Predio apud Dechpeten.

**V**idua *Wichardi de Hutte* acceptis a fratribus XL. talentis tradidit monasterio sancti Georgii predium quod situm est apud villam *Dehpeten*. Quod cum esset in manu *Taginonis de Peteringin* & *senioris filii Adalhardi* jam dicte vidue. tradiderunt illud fide in manu *Haitfolchi in Haida de Ratispona* conservandum Monasterio sancti Georgii. Testes hujus rei sunt. *Erdo sculticius Henricus. Rapoto. Ingram* homines sui. *Ortlieb* cum suis. *Oudalricus de Zuizenhoven. & Henricus frater ejus. Comradus. Oulricus, Gotscalcus* homines *Ortlieb. Mahto de Minigin-*

Beantragen Sie jetzt die volle Mitgliedschaft, um diese Seite zu betreten

# Smart Werden

Mehr als 2.000 Jahre  
Menschheitswissen  
in 797,885 Bänden

Sofortiger Zugang  
\$8.99/monat

**Fortfahren**

\*Es gelten Richtlinien zur fairen Nutzung.

domum tres agros. quos delegavit in manus Popponis de Bruuiningen. ad conservandum Monasterio S. G. Ex hac acta sunt antequam isdem Parnoldus conjugii sui vel futuris heredibus suis ullum hereditarium jus in eisdem agris conce-<sup>ss</sup>.set. quos omnino ab eis alienavit. hac interposita conditione ut si quis de posteris ejus ad eum pertinentibus aliquid sibi contra jus ex his agris vendicare presumpserit. X. talenta monasterio persolvat. Testes horum sunt. *Marchwart* & filius ejus *Wernhart*. *Poppo* & filius ejus *Henricus*. *Mozilo* & ipse *Parnoldus* jam dictus de Bruuininge. *Wichfrid*. de *Winzere* & filius ejus *Chounrat* nauta. *Oudalricus* & filius ejus *Henricus*. *Eterwinus*. *Routpertus* & *Chounrat* servientes Hospitali.

## Num. XCII.

**P**arnoldus de Bruuiningen & uxor ejus accepit ab *Eberhardo* Elemosinario XII. solidis tradidit Monasterio Sancti Georgii agrum quem delegavit in manus *Marchwardi* de Bruuiningen. Idem autem *Parnoldus* confirmavit filios suos abdicatos eundem agrum producere. cum ad etatem congruam pervenerint. Testes hujus rei sunt. Idem *Parnoldus* Nauta & alius *Parnoldus* miles. *Marchwardus*. & filius ejus *Wernhardus*. *Henricus* de *Wizzingen*. *Trutman* de *Sinzingen*. *Chounrat* nauta. *Perliub*. nauta. *Erchenger*. *Adalbreth* molendinarius Eppe.

## Num. XCIII.

## De Agro.

**N**otum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam modernis qualiter *HEINRICUS PRÆFECTUS* *Ratiponensis* agrum

rum juxta cellam nostram situm quo ipse a Duce Baunarico in-  
 beneficiatus erat. Monasterio sancti Georgii tradiderit. Idem au-  
 tem beneficium singulis annis dimidium talentum de redditibus  
 suis solvit. quod Abbas & fratres dato in legitimam recompen-  
 sationem. predio in *Helmchoven*. quod VI. solidos annuatim per-  
 solvit. in jus Monasterii sui transfuderunt. Et quia eadem pos-  
 sessio ad jus regni pertinebat. *FRIDERIC9 Imperator* datis ex  
 parte sua litteris signatis. assensum bone voluntatis huic concam-  
 bio adhibuit. Vnde *Advocat9 Ecclesie nostre* idem beneficium  
 manibus *HEINRICI DUCIS BAUUARIE ET SAXONIE* ut jus  
 exigebat tradidit. Dux vero illud super altare S. Georgii delegavit  
 omnino in proprietatem de potentibus manibus. Hujus rei  
 testes sunt. *HEINRICUS DUX BAUUARIE ET SAXONIE* qui  
 & tradidit. *HEINRIC9 Prefect9 Ratisponensis. Adalgor Advocat9*  
*Augustensis. Oudalric9 de Staine* & filio ejus *Burchardus.*  
*Routpertus Uuolf de Gekkelbach. Eberwin de Lobefingen. Diet-*  
*mar de Totenaker. Pertolt de Toumbrunne. Wernhere de La-*  
*bere.* Hii omnes liberi. *Heinricus de Wida. Luipolt de Churli-*  
*bach.* & frater ejus *Heinricus. Otto de Hagenhule. Giselbreht de*  
*Ouningen.* & frater ejus *Wicpoto. Baltwin de Ratispona. Mah-*  
*to gener ej9. Roudigerus causidicus.* & filio ejus *Karolus. Luit-*  
*win de Grazze Frideric9 brevis. Luipolt ad danubium. Otnant*  
*de Loufentale.*





## CODEX TRADITIONUM.

## P A R S V.

Plenarium. Missales libri. Bibliothecae in VII. voluminibus divise.

**L**ibri Matutinales. Antiphonaria. Officialia. Breviaria. Gradualia. Psalteria. Passionalia in quibus continentur CXXV passiones. Libri Omeliarum per circulum totius anni. Libri Sermonum.

Gregorius super Ezechielem. VII Partes Moralium. Dialogus ejusdem. & liber Sancti Laurentii de duobus temporibus. Epistole quoque S. Jeronimi. & omelia Johannis Chrysostomi de superscriptione L<sup>mi</sup> psalmi. & altera de eodem psalmo. Sermo quoque ejusdem de penitentia. & decreta Sanctorum Patrum Gregorii ac Bonifacii de libertate Monachorum in uno volumine, Pastoralis cura.

Ambrosii. Liber de iniciandis mysteriis & de Sacramentis & de exhortatione viduarum & virginum & perpetua virginitate in uno volumine. Item de bono mortis. Item de Virginibus in libro passionali virginum. & in eodem liber Sancti Jeronimi de Lapfu Virginis. Item liber de Officiis. Item de jejuniis & vita ipsius. & Passio Sancti Eusebii Vercellensis.

Augustinus super Johannem Omelie LXX in duo volumina dispersitus. Item super epistolam Johannis Tractatus X de Caritate. Item de Civitate Dei in duobus voluminibus libri

Beantragen Sie jetzt die volle Mitgliedschaft, um diese Seite zu betreten

# GESCHICHTE

---

Zehntausende von wichtigen historischen Quellen, viele bisher nicht erhältlich, stehen jetzt zum ersten Mal mit der Vollmitgliedschaft von Forgotten Books zur Verfügung.

Unbegrenzter Zugang  
\$8.99/monat

**Fortfahren**

\*Es gelten Richtlinien zur fairen Nutzung.



in uno volumine. Item Jeronimus super Jeremiam. Item Jeronimus de Hebraicis questionibus. & Eucherius de interpretationibus plerorumque latinorum nominum. in eodem volumine.

Hii sunt Libri Venerabilis Bede Presbiteri. Beda super Lucam. Item super Marcum. & Jeronimus super quatuor Evangelistas secundum Anagogen in eodem Volumine. Item super actus Apostolorum. & vita. S. Wolfgangi. & S. Corbiniani Episcoporum in uno volumine.

Super VII. Canonicas epistolas & de Tabernaculo in uno volumine. item de Temporibus.

Origenes super Cantica Canticorum & Ronpertus super eadem in uno volumine. Item Omelie super Genesim & Exodum & Leviticum in uno Volumine. Item super Numerum. & Jesu Nave. & Judicum. in uno volumine. Liber Didimi de Spiritu Sancto. Vita. S. Gregorii Nazanzeni Episcopi. & de quodam Theophilo. & Sermones Cesarii & Yldori Episcoporum.

Hii sunt Libri Domni Heimonis. Heimo super Apostolum. in duobus Voluminibus. item super Apocalypsin. Super Cantica Canticorum. & vita Symeonis Monachi. & excerpta de libro Paschasi de Sacramentis Corporis & Sanguinis Christi.

Rabanus super Matheum. Item super Cantica Prophetarum septimana. & Expositio Sancti Cypriani Episcopi super Dominicam Orationem. & Sermones Gregorii Nazanzeni. & vita Willihelmi Abbatis in uno Volumine.

Item de Sacramentis.

Instituta Patrum. Collationes Patrum. in duobus Voluminibus. Vita Patrum. Item libellus excerptus de Vita Patrum.

Effrem

**Effrem & Omelie Cesarii Episcopi. Libellus Anperti de Conflictu viciorum. Liber qui pretitulatur formula vite honeste editus a quodam Martino Episcopo. ad Mironem Regem. Rabanus super L. Regum.**

**Liber Smaragdi qui dicitur diadema monachorum. in uno volumine. Liber Scintillarum. Regula Basili. Regula Bachumii. Synonima Ysidori. cum aliis Regulis sanctorum Patrum in uno volumine.**

**Liber Anselmi qui dicitur. cur Deus homo. & Tractatus de Veritate. Libellus de Calu diaboli. Liber de Conceptu Virginali. & de Originali peccato. Liber de Processione Sancti Spiritus contra Grecos. Epistola ejusdem ad Waleramnum Episcopum de disensione Grecorum in Sacrificio. in uno volumine conscripta.**

**Ysidorus de Officiis. Item super vetus Testamentum. item libellus excerptus de libro ethimologiarum ejusdem.**

**Hii Libri Domni Routperti Abbatis. Routpertus super Genesim libri novem. Item super Exodum Libri & Leviticum Libri in uno volumine. Item super Numerum libri duo. super Deuteronomium libri duo. Item explanatio in librum Josue. Item explanatio in Librum. Judicum. Item in Routh. in uno Volumine. Tractatus ejusdem in Evangelio Johannis libri XIII. Item super Apocalypsim Johannis libri XII. Item de Gloria & Honore Filii Hominis secundum Evangelium Mathei. Item ex libris Regum de glorioso Rege David. V. libri. Item super Majores Prophetas & de novo Testamento. Item super librum Regum libri VIII. Item de Processione spiritus Sancti Libri VIII. & libellus ejusdem de meditatione mortis, quem preventus morte**

perficere non potuit Item de opere spiritus Sancti Libri VIII.  
 Item Dialogus Christiani & judei de Sacramentis fidei quem  
 Anulum nuncupavit. Libri. III. Jeronimus de Viris Illustribus.  
 Glose super Cantica Canticorum. Epistola Leonis Noni Pape.  
 Epistola quoque Domni Brunonis. in qua generaliter omnibus  
 fidelibus & Catholicis universis loquitur de statu Ecclesie. de  
 Symoniaca heresi. & de his qui a Symoniacis ordinati sunt. Item  
 libellus ejusdem editus ad Magalonensem Episcopum de Sa-  
 cramentis Ecclesie: que in dedicatione celebrantur. in eodem vo-  
 lumine. Item Routpertus de Divinis Officiis partes due. Item  
 de Victoria Verbi Dei Libri XII.

Quadripartitum Psalterium.

Decreta Pontificum.

Cronica Froutolfi.

Bernhardus de precepto & dispensatione Liber. I. Item de XII.  
 gradibus Humilitatis Liber. I. in eodem volumine. Item de Sa-  
 cramentis.

Vita Beatorum Pontificum. Sylvestri. Basili. Hilarii. Re-  
 migii. Martini. Nicolai. in uno volumine.

Computus Alberici & Wierammi.

Ysaias Glosatus.

Glosarij & Alfabetum in uno volumine.

Liber Honorii Inclusi de imagine mundi.

Liber Consuetudinum.

Item Libellus qui intitulatur agnitio vite. Item libellus  
 prognosticon.

Hugo de Sacramentis. Item Hugo de mundi creatione.  
 & de tabernaculo. de operibus trium dierum. & in Ecclesiasten  
 libri VIII. in uno volumine.

Petri

Beantragen Sie jetzt die volle Mitgliedschaft, um diese Seite zu betreten

# Smart Werden

Mehr als 2.000 Jahre  
Menschheitswissen  
in 797,885 Bänden

Sofortiger Zugang  
\$8.99/monat


**Fortfahren**

\*Es gelten Richtlinien zur fairen Nutzung.

Excerptum e Codice M. S. Priflingensi sicuters diem obitus Joannis Com. Palat. & Bav. Ducis Anno. 1443.

„ Explicet Tractatus Rethoricalis per fratrem Georgium Garhamer Professum Monasterii Sancti Georgii in Priflingen Ratisbonensis Diocesis pro tunc morantem apud Sanctum Petrum in Castello sub anno Domini 1443. altera die post festum Beati Gregorii Pape vel in die Longini Martyris qui lancea latus Domini perforavit vel feria quinta post Invocavit, eadem die illustris Princeps Palatinus Reni & Dux Bavarie Dominus Johannes suscepit Sacram unccionem olei hora quasi secunda diei a Reverendo in Christo Patre & Domino Domino Jacobo Abbate Monasterii Castellensis in presentia totius Conventus ibidem, quia prefatus Dux ibi erat egrotans.

Item eodem die prefatus illustris Princeps dux Johannes debitum univeerse carnis persolvit circa occasum solis, laudabiliter & magna Religione in presentia omnium fratrum in Castello & aliquorum suorum Consiliariorum Cujus anima requiescat in pace Amen. “      Descriptum ex Cod. Manuscripto Papyraceo Archivi nostri in 4to.



# DIPLOMATARIUM MISCELLUM.



Num. I.

Exemptio ab Aduocatia An. 1123.

**In.** Nomine. Sancte. Et. Individue. Trinitatis. *OTTO.*  
 Dei. Gratia. Babenbergensis. Ecclesie. Episcopus Oc-  
 tavus.

**Q**uoniam exhortationis Prophetice instructi ammonitione di-  
 centis. eripite pauperem & egenum. de manu diripientis  
 eum liberate. Locum celle nostre in Prouenig. aput ripam da-  
 nubii a nobis divina providentia noviter in honorem sancti Ge-  
 orgii Martiris Christi Patroni nostri constructum. pauperem pro  
 dolor. & egenum. de manu diripientis eum omni quo possumus  
 studio liberare intendentes. ipsum ab omni jugo seu jure advo-  
 catie. & ab omni Advocato perpetua concessione instituto. per-  
 petuis temporibus liberum esse decernimus & sanctimus. Vnde  
 & presentibus scriptis in virtute Dei. sub obtestatione districti  
 ejus judicii. interdiciamus. precipimus. inhibemus. ne alicui suc-  
 cessorum nostrorum Episcoporum. Regum. Principum. aut Ab-  
 batum. dicto loco Advocatum vel subadvocatum perpetua con-  
 cessione perficere liceat. nisi qui ad voluntatem & petitionem  
 Abbatis & fratrum ibidem Deo militantium. pro tempore ne-  
 cessarius. simplici commissione ab Episcopo Babenbergensi pro-  
 videatur. sola contentus remuneratione divina. & duobus bot-  
 tis hiemalibus. Precavendum autem eidem provisorii decerni-  
 mus. ne infra septa celle. vel extra in aliquo locorum possessio-



num ejusdem. placitum aut collectam hominum habent. nec exactiorem aliquo modo fatiat. servitia quoque nulla requirat. nisi que fratribus sibi ex Caritate inpendere placeat. Nulli gravis extra vel infra. petitione aut violentia. sibi existere liceat. Ordine judiciario conquisita ad Abbatis dispensset voluntatem. Precaveat etiam ne ipsum Abbatem. aut Officialis Monasterii. in aliquibus judiciis sive dispensationibus in bonis ecclesie sue coartare presumat. nisi aliquid per eos ad ipsum devolvatur. aut si causa ad furtum. aut homicidium spectare videatur. Tunc enim de reo non de rebus se intromittere debet. sed omnia illius mobilia & immobilia cenobio illesa reserventur. Nulli tamen sibi nec alicui. mortalium qualicumque modo reo aut proscripito infra celle ambitum inanum inicere liceat. sed procuracione fratrum ad locum securum extra septa deducatur. Hanc etiam constitutionem ab omnibus Ecclesie Advocatis. qui ab antiquis temporibus in bonis ejusdem. a nobis. vel a quocunque alio collatis. aut in futurum Deo providente conferendis. constituti esse videntur. inviolabiliter observari. Dei & nostra decernimus auctoritate. illis firmiter precipientes. ut deputata sibi summa contenti. nullum exactiorem gravamen. petitione. aut violentia. hominibus ipsius inferre presumant. Ipsas etiam advocacias nulli advocatorum infeodare. obligare. aut vendere ex integro aut per partes omnino liceat. nisi forte ad meliorem commutationem fratrum consensu hoc ipsum eveniat. alioquin. non solum ex ipso facto suo juri renunciante videbitur. sed & nullum effectum ipsa presumptio habere cognoscatur. Inhibemus etiam ne alicui advocatorum in bonis dicti cenobii aliquo modo subadvocatum aut aliquam aliam nocivam Personam constituere aut pati liceat. sed omnia in animam suam & fidem sibi commissa. fideliter procurare. studeat. Hec itaque non solum de Principali Monasterii

Beantragen Sie jetzt die volle Mitgliedschaft, um diese Seite zu betreten

# GESCHICHTE

Zehntausende von wichtigen historischen Quellen, viele bisher nicht erhältlich, stehen jetzt zum ersten Mal mit der Vollmitgliedschaft von Forgotten Books zur Verfügung.

Unbegrenzter Zugang  
\$8.99/monat

**Fortfahren**

\*Es gelten Richtlinien zur fairen Nutzung.



quam hominum super hoc penam subituri. Ordinamus etiam & firmiter statuimus. ut de singulis ecclesiis Parrochialibus. ad refectum Cenobium spectantibus. singulis annis procuratione Sacerdotum. seu ab ipsis sacerdotibus libra cere persolvatur aut media. ad habenda lumina. in obsequiis divinis necessaria. Siquis autem Sacerdotum hec negligere presumpserit. nec ammonitus resipuerit. talis officio suo & beneficio se privatum noverit. & ad suam conpescendam malitiam. ecclesiam sibi collatam. auctoritate nostra per Abbatem alteri conferendam. caveat autem Abbas. ut non nisi nostre ordinationi obedire volentibus. aliquam de ecclesiis Monasterii conferre presumat. Preterea dilectis fratribus nostris in Provenige Deo servientibus. & in perpetuum servituris. potestatem concessimus. ut de nemoribus nostris in Schambach videlicet & in Nittenaouwe. & in Slouhte sumant sibi ligna ad omnem usum celle sue necessaria. nullius umquam nostre confirmationis deffensi protectione. passuri repulsam. Item ad majorem in posterum recognitionem. presenti pagine dignum inserendum duximus. quod. Illor. Claustris nostris. Aspach videlicet & Alterspach. Osterhoven & Bruuenig. VI. Talenta & dimidium. vel equivalentiam salis. quantum pro ipsa pecunia congruit. a Preposito nostro in Halle in Episcopatu Salzpurgenssi singulis annis persolvenda. in perpetuum delegavimus. De quarum rerum distributione Provenienssi Monasterio. XX. solidos vel totidem carratas salis. majoris ponderis deputavimus. numquam ipsius delegationis beneficio frustrandum. Indulgemus denique Dei Benedictione & nostre approbationis confirmatione. ut siquis ecclesie nostre ministerialium aut mancipiorum civino aflatu instinctu. renunciaturus seculo in sepedicto Monasterio conversari. aut eidem de rebus suis mobilibus. aut immobilibus aliquid conferre voluerit. hoc illi absque omni sui pre-

judicio liceat & offensa. Preterea si quis de bonis ecclesie nostre habens feodum. & hoc ipsum Cenobio pro sui memoria conferre. aut aliqua ex necessitate vendere contingerit. si hoc Deo avertente aliquis successorum nostrorum episcoporum inhibere adtemptaverit. talis ad principale cenobii altare. auctoritate nostre confirmationis. nec non Pontificum Romanorum. & Regum. fundationem nostram suis Privilegiis corroborantium. proposito suo qualicumque. presentibus ydoneis testibus. satisfactorius fiducialiter accedat. nulla omnino sui juris perterritus lesione. Hec de omnibus indifferenter personis. ecclesie nostre feudali jure adtinentibus. cujuscunque sint potestatis. cujusque ditionis. dispensando decernimus. Cum igitur omnia hec premissa. nec non & alia plerisque scriptis confirmata. ad provisionem Provenientis Monasterii. non alicujus motu levitatis. aut arrogantia elationis. sed solo eterne remunerationis respectu. pro eterna requie ac salute vivorum & mortuorum. omnium nobis commissorum. communi accedente consilio & consensu. omnium fratrum nostrorum Canonice ac ministerialium nostrorum. ordinaverimus. delegaverimus. confirmaverimus. nos omnem personam ecclesiasticam vel secularem. divitem & pauperem. sublimem & humilem. huic nostre ordinationi. delegationi. confirmationi. contrariam. verbo aut opere. oculte aut manifeste. nisi citius nostra cognita constitutione resipuerit. in verbo Domini. Auctoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli. & eorum successoris licentia & potestate Domini Pape. nec non auctoritate nobis celitus commissa. & omnium Christi Sacerdotum. vinculo innodamus anathematis. eternis suppliciis pro sui temeritate puniendam. Ne itaque nostris ordinationibus. seu delegationibus. presentibus scriptis confirmatis. aliquo modo. aliquo casu. a quocumque mortalium. reluctetur omnino. hanc inde Cartam conscribi.

& sigilli nostri impressione roborari fecimus. testibus qui presentes aderant subscriptis. *Eberhardus Prepositus. Egbertus Decanus. Chunradus Custos. Tuto scolasticus. Ticho Prepositus. Rouzeling Prepositus. Ondalricus. Volmarus. Hermannus. Leopoldus. Minhardus Canonici Starcher de Murrindorf. Rudolfus de Osterbozen. Chunradus Comitorius. & alii.*

Actum *Babenberch* Anno Dominice Incarnationis. MC. XXIII. Indictione. I. Mense Februario. XVI. Kalend. Martii. Luna XIII. Feria. III. Regnante *HEINRICO* Imperatore. III. Anno Pontificatus nostri. XXII.

Num. II.

Confirmatio Pontificia circa An. 1125.

**H**ONORI, Episcopo servus servorum Dei Dilecto in Christo filio *Herb.* Abbati Monasterii sancti Georgii de Privinigen. quod situm est inter Ratisponam & danubium, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Apostolici Moderaminis clementie convenit religiosas Personas diligere, & earum loca apostolice protectionis munimine defensare. Ideoque dilecte in Domino fili *Herb.* Abbas Monasterii sancti Georgii de Privinigen. interventu venerabilis fratris nostri *OTTONIS* Babenbergensis Episcopi. tuis rationabilibus postulationibus annuentes. idem Monasterium sancti Georgii cui auctore Deo presides. in tutelam beati Petri. nostramque protectionem suscipimus. & presentis scripti nostri pagina communimus. Bona igitur & possessiones, quas prefatum Monasterium sancti Georgii in presentiarum juste & legitime possidet sive in futurum largiente Domino liberalitate Regum. largitione Principum. oblatione fidelium seu  
aliis

Beantragen Sie jetzt die volle Mitgliedschaft, um diese Seite zu betreten

# Smart Werden

Mehr als 2.000 Jahre  
Menschheitswissen  
in 797,885 Bänden

Sofortiger Zugang  
\$8.99/monat

**Fortfahren**

\*Es gelten Richtlinien zur fairen Nutzung.

mini nostri Jesu Christi. Quatenus & hic fructum bone actionis percipiant. & apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

† Ego Honorio Catholicæ Ecclesiæ episcopus SS.  
Data laterani XII. Kal. Febroarii.

- ) Vid. Laurent. HOCHWART in Catalogo Ratispon. Episcop. Lib. II. cap. 22. apud OEFELE Script. Rer. Boic. Tom. I. pag. 186. b.

### Num. III.

Donatio Prædii Haselbach circa An. 1125.

**O**mnibus omnino fidelibus futuris scilicet ac presentibus presenti pagina pandimus. quam fidei Devotione Domnus *Heinricus* filius *Liupaldi* Canonicus ecclesie Sancti Petri *Ratisbone* pro amore Dei. Sanctique Georgii immo omnium omnino sanctorum pro salute quoque sua. ac suorum omnium parentum ac propinquorum *Bruuniensi* cenobio obtulit *Haseltach* (\*) prædium suum specialiter in conquirendis templi luminaribus profuturum. Qui etiam idipsum a Domno *Erbone* Patre Monasterii litteris petiit alligari. ne liceat Abbati vel Sacriste eandem possessionem aliis aliquando usibus deputare quatenus exinde provisus luminaribus templi manufacti superne Civitatis municeps fiat in seculum seculi. que teste Evangelista non egebit sole & Luna ut luceant in ea. quoniam Dominus Deus Lucerna illius est & Agnus. Testes hii sunt. *Friderik* frater ipsius *Heinrici*. *Loutwin* niger. *Riwin* de *Manegolttingen*. *Megingoz*. de *Rorbach*. & alii multi.

Actum *Ratisbone* feliciter tercio regnante *LOUTHARIO*.

- ) In Palatinatu Neoburgica.

Num. IV.

## Num. IV.

Confirmatio cæsarea permutationis decimarum An. 1129.

**C** In Nomine summe & Individue Trinitatis favente Divina  
Clementia Ego *LOTHARIUS* Rex.

Cum a regie majestatis robore, cui sedis preparatio, iudicium & iusticia est, omnes sacre Christiane fidei cultores, defendi habeant, & foveri, tamen summa exigente iusticia, arciori sollicitudine, spiritalis milicie, & maxime monastice professionis sectatores, gratulabundis misericordie ulnis, teneri debent & tueri, hec itaque serenissimo discretionis, diligenter nostra imperatoria industria, contemplante oculo, scientes nos ex hoc anime nostre salutis, & regni nostri honorificencie apud divinam misericordiam, non modicum providere, petitionibꝫ fratrum, in cenobio beati Georii *Prouenigin*, Deo militancium, facilem commodantes assensum, nostre auctoritatis statuto, communimꝫ & corroboramꝫ, concambium, inter Venerabilem *CHUNONEM Ratisponensem* Episcopum, & *Erbonem* prefati Monasterii, Abbatem, legitimo processu factum, videlicet de Decimis novalium suorum, tam agrorum, quam vinearum, sive ortorum, que in Episcopatu Ratisponensi culta sunt, aut deinceps perpetuis temporibus excoli possunt, Ad majorem namque nostre confirmationis observantiam, ordinem facti, scriptis exprimere, hominumque memorie commendare curavimus, Cum enim inter Venerabilem *CHUNONEM* & *Erbonem* predictarum Ecclesiarum Rectores, super decimationibꝫ novalium, diuturna esset contencio, placuit tandem discretis viris mediantibus *OTTONE* scilicet Venerabile Episcopo *Babenbergenfi*, Et *HEINRICO* Duce *Bavariæ*, *Ratisponensfi* Advocato, mutue altercationis controversiam



am hac ratione perpetuo dicitur et cum illi iudicium  
 mentis. qui tempore felix memoriae Domini **HARTWICHI**  
**Episcopi** ob huiusmodi causam suam **Præbendam**. de  
 rebus sancti Georgii. **Præbendam** Ecclesie dicitur fue-  
 rant. ex prementis novis iam citis. decimum manum  
 cum suis decimationibus. & cum omnibus annuatibus vel usui-  
 bus eius. Ecclesie **Præbendam** acciperet. alia vero omnia. cum  
 in futurum acquirendis. **Præbendam** cenobium. per manus  
 predicti Ducis delegata. sine omni postmodum inquietudine pos-  
 sideret. Quia nimirum pacifice summa. septem vini idonei usui-  
 usque Ecclesie. secundum legem sua super hac diffinitione in-  
 terrogati. cognitum est ex utriusque partis responsione. omni-  
 bus modis hanc decimationum sufficere recompensationem. Sta-  
 timque facta ex utraque parte delegatione. consentiente Clero.  
 & populo. Domini **CHUCNO** Episcopus hanc confirmavit huius  
 sui interpositione. Ne igitur hoc iam iterum. sub Domino vi-  
 deatur **HARTWICO** & **CHUCNO** Reverendis Episcopis. super  
 dictam **Præbendam** modo de decimationum occasione. a nova-  
 libus. tam habitis quam habendis. a quoquam mortalium. potenti  
 vel humili. aliquam infestationis subiret molestiam. regia auc-  
 toritate. omni quo oportet aut precipi debet districto. indiscus-  
 sum inhibemus. irrevocabiliter firmantes. ut si aliqua persona  
 ecclesiastica aut secularis. huic nostre corroborationi contraria  
 extiterit. quod Deo prohibente absit. talis condicione honoris  
 seu dignitatis sue careat. & auri libras quinquaginta **Præbendam** re-  
 glo. & **Præbendam** cenobio. eque dividendas. sine omni con-  
 tradictione persolvat. salva tamen rerum illius & nostri Decreti  
 integritate. Ut hec nostra confirmacio rata & inconvulsa omni  
 perduret evo. hanc formulam inde conscribi. & sigillo nostro.  
 cum signo ut infra apparet. iussimus insigniri. Testes qui aderant

Beantragen Sie jetzt die volle Mitgliedschaft, um diese Seite zu betreten

# GESCHICHTE

